SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

RECUSI.

REGINONIS ABBATIS PRUMIENSIS CHRONICON

CUM CONTINUATIONE TREVERENSI.

HANNOVERAE

IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.

1890.

SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

RECUSI.

REGINONIS ABBATIS PRUMIENSIS CHRONICON

CUM CONTINUATIONE TREVERENSI.

HANNOVERAE

IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.

1890.

REGINONIS

ABBATIS PRUMIENSIS

CHRONICON

CUM CONTINUATIONE

TREVERENSI.

RECOGNOVIT

FRIDERICUS KURZE.

Richter, Berlin, 1908.

HANNOVERAE

IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.

1890.

HANNOVERAE, TYPIS GRIMPIANIS.

Compl. Lets
Harvard.
11-25-27
15545

PRAEFATIO.

Reginonem ex nobilissimis parentibus de Alta ripa, id est Altrepio[1] *progenitum esse Annales quidam Prumienses s. XVI.*[2] *referunt, quorum auctor ex antiquissimis documentis se hausisse dicit. Altrepii cella S. Medardi fuit, quae a Pippino rege Prumiae monasterio tradita et iam a.* 762. *Aug.* 13. *confirmata est*[3]*: eiusdem monasterii Regino monachus factus est.*

Anno 892, *cum Prumia a Normannis, qui ab incursione ad Rhenum usque Bonnam facta ad Mosam recesserunt, saevissime vastata esset, Farabertus abbas, qui vix fuga se servaverat, sua sponte* curam pastoralem . . . deposuit[4], *quae mense Maio*[5] *Reginoni electione fratrum abbati constituto commissa est. Sed iam a.* 899. aemulis agentibus *depositus est et* Richarium fratrem Gerhardi et Mahtfridi invidiosum sui negotii successorem sustinuit.

Relatio quaedam verbosior, quam de his rebus ipse Regino composuit, ex opere eius iam ab aequalibus deleta in omnibus exemplaribus deest. Unde apparet non vanum esse, quod auctor eodem loco dicit, timere se, ne, si veritatem rerum gestarum ad liquidum stilo exsecutus *sit*, odium et offensam quorundam, qui adhuc superstites *sint, incurrat. Qui autem fuerint illi aemuli, coniecturis tantum colligi potest. Gerhardum et Mahtfridum ipsos non eos fuisse, quos auctor maxime timeret, ex eo perspicitur, quod eos a.* 906. *a rege Conrado* proscriptione damnatos *esse ipse refert. Adversarium eius*

1) *Altrip vico ad Rhenum infra Spiram sito; de vita Reginonis cf. Ermisch 'D. Chronik d. Regino bis* 813', *Gott.* 1872. 2) *De quibus cf. Wyttenbach, 'Archiv' III,* 291 *sqq.* 3) *Beyer, 'Urkundenbuch d. Regierungsbez. Coblenz u. Trier' I, n.* 60 *(Böhmer-Mühlbacher 'Regesten' I p.* 42 *et* 43*).* 4) *Regin. Chron. a.* 892 *et* 899. 5) *Ann. Prumienses (SS. XV,* 1289—92*) a.* 892*: . . .* Kal. Iun. *numero absciso.*

graviorem Karolum regem Franciae occidentalis fuisse Harttung[1] *recte, ni fallor, suspicatus est. Nam licet Trithemio plerumque parva fides habenda sit, tamen ea, quae in Chronico Hirsaugiensi scribit, Reginonem* iussione Caroli regis Gallorum a sua dignitate *depositum esse,* quod cum Ruperto duce Galliae Celticae, fratre quondam Ottonis *(Odonis* † 898*), sensisset, a vero haud ita longe videntur discrepare. Karolus enim a.* 898. *contra regem Zuendibolchum profectus in reditu Prumiam venit, unde ad pugnam egressus pacem cum illo fecit. Quodsi Regino contra Karolum conspiraverat, quid mirum, quod rex infestum sibi abbatem sustulit? Certe auctor Karolo non ita favisse videtur, siquidem patrem eius ex priore uxore Ansgard* duos liberos elegantis formae ac ingentis animi virtute prestantes *suscepisse a.* 878. *narrat, de Karolo autem ibidem nihil dicit nisi haec:* enixa est *(Adalheidis)* puerum, cui nomen avi imposuit eumque Carolum vocitari fecit. *Richarium autem in gratia maxima cum Karolo fuisse vel inde apparet, quod postea a.* 922. *episcopus Leodiensis factus est Folcuino teste*[2] dono et consensu Caroli regis expetitus.

Regino Prumia eiectus Treveros se contulit, ubi abbatiam S. Martini, cum senio esset lapsa et vastatione Normannica cum ipsa civitate succensa, a Rabbodo Trevirensi episcopo Reginoni abbati, religioso cuidam et ecclesiastico viro commissam et ab eo in pristinum statum reparatam *esse in Vita S. Magnerici (SS. VIII,* 208*) legimus. Cui ecclesiae usque ad mortem videtur praefuisse; nam eadem Vita* defuncto Reginone abbate *eam* laicis in beneficium datam esse *refert. Sepultus tamen est a.* 915. *in monasterio S. Maximini Treverensi, ubi lapis cum his inscriptis versibus a.* 1581. *repertus est*[3]*:*

. . . . . FESSA REGINONIS CONTINET OSSA.
ABBAS EGREGIUS. PRAEFUIT IPSE PIUS.
COENOBIO QUONDAM PRUMIENSI MORIBUS ALMIS
POSTQUAM . . . . . .
. . . . . .
. . . O DCCCCXV.

1) *'Forschungen z. Deutschen Geschichte' XVIII,* 362—68. 2) *Gesta abbatum Lobiensium, SS. IV,* 63, *c.* 19. 3) *Eckhausen, Chronik von St. Maximin' (liber manu scriptus); inde 'Trierische Chronik' V, p.* 7, *Ermisch l. l.* 8.

Rathbodo archiepiscopo Regino 'epistolam de harmonica institutione', dissertationem videlicet longiorem, cuius exordium et finis hic infra legenda praebentur, cum 'octo tonis musicae artis' dedicavit. Eodem Rathbodo auctore Hathoni archiepiscopo Magontino circa a. 906. *'libellum de synodalibus causis aeclesiasticisque disciplinis' conscriptum misit, cuius praefatio item huic praefationi meae adiungitur.*

Maximum autem Reginonis opus chronicon est, quod a. 908. *Adalberoni Augustano episcopo, viro doctissimo et litterarum studioso, dedicavit. In praefatione dicit consummasse sese coeptum opus a primo incarnationis dominicae anno* usque in presentem annum, qui computatur a prefata incarnatione Domini 908; *clauditur autem chronicon a.* 906*: dubitari igitur potest, integrumne servatum sit an ut ad a.* 892. *ita in fine ab ipsis aequalibus mutilatum. Duae operis partes efficiuntur ea re, quod auctor usque ad annum* 813. *fere omnia ex antiquiorum scriptorum libris collegit, cetera autem, quae sequuntur, suo studio ita se descripsisse ipse dicit,* prout in chronicorum libris adnotata *invenerit* aut ex relatione patrum auditu percipere *potuerit. Ipse vero auctor opus suum in duos libros divisit, quorum priori non longius quam ad a.* 741. *pertinenti inscribitur* libellus de temporibus dominicae incarnationis, *posteriori* liber de gestis regum Francorum.

De fontibus cf. H. Ermisch, 'Die Chronik des Regino bis 813', *Gott.* 1872, *et ea, quae ipse de eis protuli 'Neues Archiv' XV,* 312—324. *Hoc loco ea, quae ibi demonstrata sunt, brevissime repetere satis sit.*

In priore libro Regino multis auctoribus promiscue usus est, ita ut chronologiam et alia pauca ex Bedae chronico de sex aetatibus[1] *sumeret, cetera plurima e scriptura sacra (vulgata), Adonis martyrologio*[2]*, Gestis pontificum Romanorum*[3]*, Historia Francorum*[4]*, Gestis Dagoberti*[5]*, Pauli Diaconi Historia Langobardorum*[6]*, Annalibus S. Amandi*[7] *a.* 716—741,

1) *Codice nunc latente.* 2) *Surius 'De prob. sanct. historiis' VII,* 1086 *sqq.; Regino codice nunc latente usus est.* 3) *Duchesne, 'Le Liber Pontificalis': Regino cod. B2 usus.* 4) *MG. SS. rer. Merov. II,* 215—328*; cod. B1a.* 5) *Ibid.* 396 *sqq.; codex non iam exstat, similis cod. 2a.* 6) *MG. SS. rer. Langob. et Ital. s. VI.—IX.; codex Reginonis periit, sed ad codd. G 5 proxime accessit.* 7) *MG. SS. I,* 7 *sqq.*

collectione canonum et decretalium Hispana[1] *suppleret, singula pauca ex Vitis sanctorum Goaris, Lamberti, Columbani, Arnulfi, Paulini, Lupi, Eligii, Martini, Severini (Coloniensis), Theodori, Aniani, Vedasti, Albini, Paterni*[2] *et scriptis Boethii adderet. In altero autem libro usque ad a.* 813. *auctor unos Annales Laurissenses maiores*[3] *exscripsit, quibus ad a.* 755. *'Revelationem factam sancto papae Stephano'*[4] *et ad a. superiorem mentionem Waltfredi abbatis Etrusci ex Vita illius*[5] *petitam inserit.*

Ab a. 813. *Regino nullis libris usus est nisi Annalibus Prumiensibus brevissimis in marginibus tabularum paschalium scriptis et quadam actorum et epistularum s. IX. collectione, cuius pars maxima ad Lotharii regis divortium spectabat. Annales, qui usque ad ipsius auctoris tempora pertinebant et etiamtum continuabantur, ipsi non iam exstant, sed usque ad a.* 960. *fons Annalium Stabulensium (SS. XIII,* 39—43*) fuerunt et usque ad a.* 922, *ni fallor, ab auctore annalium quorundam in codice Matritensi inventorum excerpti sunt, qui auctore Richario abbate Prumiensi (*899—922*) et episcopo Leodiensi (*922—945*) a.* 922. *conscripti et inde Leodii continuati sunt*[6]. *Collectio autem illa haec videtur continuisse:*

1. *acta synodi tertiae Aquis Apr.* 29. *habitae*[7]*;*

2. *epistulam Arsenii legati apostolici, qua Engeltrudis perfida Bosonis uxor a.* 865. *excommunicata est*[8]*;*

3. *epistulam papae Nicolai* 867. *Ian.* 25. *ad regem Karolum directam*[9]*, qua noster etiam in libro de synodalibus causis usus est;*

1) *Collectio canonum ecclesiae Hispanae, Matr.* 1808*; Epistolae decretales ac rescripta pontificum Romanorum, ib.* 1821*; Regino editione multo breviore usus videtur esse.* 2) *Vitae Albini et Paterni MG. Auct. ant. IV,* 2, 27—37*, Arnulfi SS. rer. Mer. II,* 426—446*, Eligii apud D'Achery 'Spicilegium' V,* 176*, Martini in Sulpicii Severi operibus ed. C. Halm, Vindob.* 1866*, Aniani apud Theiner, 'S. Aignan', Par.* 1832*, p.* 13 *et* 37 *et apud Surium V,* 417*, ceterae in Actis Sanctorum.* 3) *SS. I,* 134—218. 4) *SS. XV,* 2. 5) *Acta Sanct. Febr. II,* 842. 6) *Ann. Prumienses ed. Holder-Egger, SS. XV,* 1289—92. 7) *Mansi, 'Conciliorum collectio' XV,* 611 *sqq.* 8) *Mansi XV,* 326 *sq.* 9) *Mansi XV,* 318—321.

4. *bullam papae Nicolai* 866. *Iun.* 13. *datam, qua Waldrada excommunicatur*[1]*;*

5. *epistulam papae Nicolai ad regem Lotharium a.* 867. *missam*[2]*;*

6. *epistulam regis Lotharii ad papam Hadrianum II. a.* 868. *missam*[3]*;*

7. *epistulam papae Nicolai ad episcopos regni Ludowici* 867. *Oct.* 31. *datam*[4]*; fortasse etiam*

8. *epistulam quandam Thietgaudi et Guntharii archiepiscoporum depositorum a.* 863. *ad imperatorem Ludowicum II. datam, quae non iam exstat.*

Praeterea ad a. 888 *et* 889. *Regino e Iustini epit. II,* 2—3, *XIII,* 1. 2 *et XLI,* 2—3 *et ex Pauli Diaconi hist. Lang. I,* 1 *nonnulla attulit*[5]*, quae, quamquam ad Scythas et Germanos spectant, tamen ad Ungaros convenire ei videbantur.*

Hac testium locupletum penuria satis declaratur, multa a Reginone, cum paucis annis et uno quasi tenore[6] *opus perficeret, ex arbitrio annis non suis adsignata esse ideoque eum ad suos fere usque dies temporum ordinem mire neglexisse et confudisse*[7]*.*

Ceterum de laudibus huius chronici conf. Dümmleri praefationem ad versionem eius thiudiscam, eiusdem 'Ostfr. Reich' III, 657, *Ermisch l. l.* 6—13, *Wattenbach 'Deutschlands Geschichtsquellen'* [5]*I,* 243—246, *quibus ego nihil habeo, quod addam.*

Continuationem Reginonis, quae ab a. 907. *usque ad finem a.* 967. *porrigitur, a monacho quodam S. Maximini Treverensis conscriptam esse iam Pertz in praefatione editionis suae ostendit, cum auctor res illius monasterii sibi curae esse satis demonstret et Adalberti monachi Treverensis familiaritate usus esse videatur. Ipsum vero Adalbertum illum, qui usque ad a.* 961. *monachus S. Maximini fuit, a.* 961. *episcopus Russorum ordinatus est, paulo post reversus a.* 966. *abbatiam*

1) *Mansi XV,* 380—382. 2) *Mansi XV,* 321—324. 3) *Mansi XV,* 831—832. 4) *Mansi XV,* 333—342. 5) *Cf. F. Rühl 'Die Verbreitung des Iustinus im Mittelalter', Leipzig* 1871, *p.* 12—14. 6) *Cf. infra annos* 818 *p.* 73, 866 *p.* 90, 868 *p.* 94, 875 *p.* 110, 880 *p.* 117, 888 *p.* 130, 892 *p.* 139. 7) *De qua re cf. P. Schulz, 'Die Chronik des Regino vom Jahre* 813 *an', Halle* 1888 *(Dissertatio inaugur.).*

Weissenburgensem accepit, denique a. 968. *archiepiscopus Magdeburgensis factus et a.* 981. *mortuus est, auctorem continuationis fuisse W. de Giesebrecht*[1] *ita omnibus probavit, ut hodie nemo fere, ut videtur, de ea re dubitet. Conf. Büdinger in versione thiudisca, Dümmler 'Otto d. Grosse'* 321, *J. Werra 'Über d. Continuator Reginonis' (diss. Lips.* 1883) 90—92, *Wattenbach l. l. I,* 342.

De fontibus egi 'Neues Archiv' XV, 324—330*: inter quos praeter Annales Augienses (—*939*)*[2] *inprimis Annales quidam Fuldenses breviores usque ad a.* 939. *aut paulo longius pertinentes, qui postea perierunt, sunt commemorandi; accedunt Annales Sangallenses maiores (—*918*)*[3] *et Laubacenses (—*912, *SS. I); num praeter hos Adalbertus aliquem fontem nunc latentem habuerit, decerni vix potuerit.*

*Ipsum Reginonis chronicon cum continuatione multis scriptoribus temporum posteriorum fons fuit. Paene totum utrumque opus receptum est in annales illos Nienburgenses, qui sub Arnoldo abbate Magdeburgensi (*1120—1166*) et Nienburgensi (*1134—1166*) conscripti videntur esse et, quamquam ipsi perierunt, tamen ex Annalista Saxone et Annalibus Magdeburgensibus, qui eos exscripserunt, magna ex parte restitui possunt*[4]. *Item chronico et continuatione usi sunt Annales Hersfeldenses*[5], *Herimannus Augiensis (SS. V), Otto Frisingensis in Chronico (SS. XX), Magister Pous Belae regis notarius de gestis Hungarorum*[6], *Annales Salzburgenses c. a.* 1180. *compilati et nunc amissi*[7], *sola continuatione ad a.* 933—951 *etiam Cosmas (SS. IX). Atque Annales Hersfeldenses et Nienburgenses ex ipso codice A (v. infra) videntur hausisse, Herimannus fortasse ex Einsidlensi (B*1 *et A*2*), Otto ex A*1, *reliqui ex aliquibus illius exemplaribus. Reginonis chronicon sine continuatione paene totum exscripsit auctor Annalium Mettensium (SS. I) e codice B*3, *praeterea usi sunt eodem Marianus*

1) *'Geschichte der Kaiserzeit' I,* 778. 2) *SS. I,* 63 *sqq.; Jaffé bibl. III,* 704 *sqq.* 3) *SS. I,* 72 *sqq.; C. Henking, 'Züricher Mittheil. z. vaterländ. Gesch.' XIX,* 265 *sqq.* 4) *Scheffer-Boichorst, 'Forschungen z. Deutschen Gesch.' XI,* 485—490. 5) *H. Lorenz, 'D. Annalen v. Hersfeld', diss. Lips.* 1885. 6) *Wattenbach, 'Deutschlands Geschichtsquellen' II,* 186. 7) *Wattenbach l. l. II,* 274 *sq.*

Scottus (SS. V) e codice B 2 g, Gesta Trevirorum (SS. VIII) e codice B 2, Hugo Flaviniacensis (SS. VIII), Chronicon Reichersbergense[1]*; pauca inidem sumpserunt (a.* 801. *sqq.) Translatio et Miracula S. Genesii (SS. XV), item ad a.* 890. *et* 902. *Magnus Reichersbergensis (SS. XVII), Manegoldus de Lutinbach in libro ad Gebehardum scripto c.* 29. *et* 44[2]. *Sigebertus quoque Gemblacensis (SS. VI) fortasse Reginonem ipsum noverat*[3]*, sed ea, quae ab illo mutuatus videtur esse, ex Annalibus Mettensibus petita esse possunt.*

Codices manu scripti, de quibus cf. 'Neues Archiv' XV, 295—312, *in duas classes dividuntur, quarum altera Reginonis chronicon cum continuatione, altera idem sine illa continet:*

A. Codex A, i. e. continuatoris (Adalberti) liber autographus, quem a. 968. *in Saxoniam secum videtur portasse, non iam exstat; ex eo fluxerunt hi:*

A 1. *codex Monacensis n.* 6388, *inter Frisingenses n.* 188, *saec. X. Continet post codicem Liudprandi Cremonensis autographum Reginonis chronicon cum continuatione in* 14 *quaternionibus; quam partem sub Abrahamo episcopo (*957—993. *aut* 994*) exaratam esse ex nota ABRAM EPISCOPOPUS (sic!) in folio* 121 *posita intellegitur. Tres post primum quaterniones amissi sunt, item in fine nescio quot folia: clauditur enim verbis* in Augusta civitate celebravit *a.* 967. *Ex hoc derivati sunt septem codices A* 1 *a—g, quorum nullus ultra finem illius porrigitur, quamquam tres quaterniones in illo desiderati in his non desunt.*

A 1 *a. codex Vindobonensis n.* 408 *saec. XI. (in editione Pertzii n.* 7 *signatus) ex monasterio Admont;*

A 1 *b. codex Vindobonensis n.* 538 *saec. XII. (in ed. Pertzii n.* 9*) ex monasterio Göttweih; ex hoc descripti videntur esse codices A* 1 *c et d;*

A 1 *c. codex Vindobonensis n.* 639 *saec. XIII. ineuntis (in ed. Pertzii n.* 10*) ex monasterio Victring;*

A 1 *d. codex Claustroneoburgensis saec. XII. (in ed. Pertzii n.* 11*);*

1) *Canisii lectiones antiquae III,* 2, 219 *et (ab a.* 921*) MG. SS. XVII,* 443 *sqq.* 2) *Libelli de lite I,* 362. 386. *Cf. etiam Sdralek, 'Die Streitschriften Altmanns von Passau' p.* 129—131. 148. 3) *Conf. infra de codice Gemblacensi.*

A 1 *e. codex Vindobonensis n.* 3522 *saec. XV. (in ed. Pertzii n.* 12*) descriptus ex codice A* 1 *d;*

A 1 *f. codex Mutinensis VI F* 5, *qui anno* 1093. *exaratus unum librum priorem cum Gestis pontificum Romanorum continet;*

A 1 *g. vide B* 2 *l.*

A 2. *codex Parisinus n.* 5018 *saec. XI. Hic liber, quem* sancti Stephani *(fortasse Halberstadensis), postea P. Pithoei et Iac. Aug. Thuani fuisse ex ipso perspicimus, clauditur iam a.* 867. *verbis* iterato crudeli *nequaquam mutilus.*

A 2*. *a me signatus est idem codex Einsidlensis, qui infra B* 1 *nominatur: ille enim, quamquam chronicon ipsum ex codice B descriptum habet, tamen continuationem e codice A petitam usque ad a.* 939. *continet, ubi clauditur verbis* Caprimontem obsidione *in fine mutilus.*

A 3. *codex Parisinus* 11851, *inter Sangermanenses n.* 440, *i. e. codex autographus Annalistae Saxonis (SS. VI), apud quem ab a.* 741. *inter alios fontes huius quoque chronici et continuationis maxima pars ex Annalibus Nienburgensibus amissis servata est ita ad verbum descripta, ut inter codices Reginonis numerandus sit. Finis continuationis omnibus aliis codicibus deficientibus hoc uno traditur. Annales Magdeburgenses (SS. XVI), qui ipsi quoque e Nienburgensibus hauserunt, fonte eo tanta cum libertate usi sunt, ut nobis hoc loco nullius sint usus.*

B. Omnes ceteri codices ab uno exemplo derivantur (cod. B), qui non iam exstat. Cuius tria sunt exempla B 1—3*:*

B 1. *codex Einsidlensis n.* 359 *saec. X. exeuntis; de quo cf. A* 2*. *Ex eo pendent hi tres:*

B 1 *a. codex Parisinus n.* 5016 *saec. XI. (in ed. Pertzii n. 6);*

B 1 *b. codex Murensis saec. XII., qui chronicon ex Reginone, Herimanno Augiensi, Bernoldo, Bertholdo compilatum cum Annalibus S. Blasii continebat, nunc autem monasterio Murensi a.* 1841. *sublato latet;*

B 1 *c. codex Engelbergensis saec. XII. e Murensi descriptus.*

B 2. *codex Schafhusanus n.* 109 *saec. X. exeuntis (in ed. Pertzii n.* 1*), fortasse Treviris exaratus. Ex eo fluxerunt hi undecim:*

B 2a. codex Britannici Musei Arundelianus n. 390 *saec. X., qui pater est septem codicum B 2b—h;*

B 2b. codex Trevirensis n. 1286, 43, *a.* 1084. *Prumiae exaratus (apud Pertzium n.* 3*): continet post Reginonem etiam Einhardi Vitam Caroli et Annales et Thegani Gesta Ludowici;*

B 2c. codex Parisinus n. 5922 *saec. XII. ex monasterio S. Mariae Otterbergensi ortus;*

B 2d. codex Britannici Musei Cottonianus Tiberius c. XI, olim Egmundanus: continet praeter alia in fol. 1—19 *Einhardi Vitam Caroli saec. X., in fol.* 43—118 *Reginonis chronicon saec. XII. exeunte exaratum, in fol.* 125—141 *Annales Xantenses, in fol.* 141—169 *Egmundanos;*

B 2e. codex Cantabrigiensis collegii corporis Christi n. 139*: continet varias res ex hoc chronico excerptas usque ad a.* 1002 = 901*;*

B 2f. codex Hildesheimensis S. Godehardi nunc absconditus, quem H. Meibom senior cum editione Pistoriana contulit; cuius schedae servantur in bibliotheca regia Hannoverae XI, 692*;*

B 2g. codex Coloniensis ex monasterio S. Martini maioris, cuius quattuor tantum folia exstant, quae ab a. 1885. *in archivo publico illius urbis servantur.*

B 2h. codex Gissensis n. 650 *chartaceus saec. XIV. et XV., olim capituli Spirensis: continet in fol.* 88—97 *partem chronici a.* 751—813 *cum epitaphio Heinrici comitis (ex cod. B 2a);*

B 2i. codex Carlsruhanus n. CCXXXII. olim Augiensis saec. XI. (apud Pertzium n. 2*): derivatus est item ex codice B* 2*, neque vero e codice B 2a neque ex ipso B* 2 *descriptus, sed ex alio aliquo exemplari, quod postea periit. Ex Augiensi duo pendent:*

B 2k. codex Augustanus n. 223 *ex monasterio S. Udalrici chartaceus saec. XV. exeuntis: continet in fol.* 1—97' *Fredegarium, in fol.* 98—180 *Reginonem e codice B 2i descriptum, sed ex alio aliquo classis A emendatum et completum*[1]*;*

B 2l. codex Britannici Musei Harleianus n. 3676 *saec. XVI. ex bibliotheca Peutingeriana: praebet textum codicis B 2i*

1) *Conf. de eo B. Krusch, 'Neues Archiv' VII,* 278—282.

ex codice A 1 *aut exemplari eius correctum et continuatum, ut eodem fere iure A* 1 *g signari possit.*

B 3. *codex Parisinus n.* 5017 *saec. XI. olim S. Arnulfi Mettensis; clauditur in a.* 905. *verbis* Siquidem cives, qui partibus eius favebant, portas *minime mutilus. Fluxerunt ex eo hi:*

B 3 *a. codex Britannici Musei Egertonianus n.* 810 *saec. XII.—XIII. ex bibliotheca Fuggerorum;*

B 3 *b. codex Berolinensis (bibliothecae Meermanianae) Philippicus n.* 746 *saec. XII. ineuntis, scilicet liber autographus Annalium Mettensium (apud Pertzium n.* 4*), quorum auctor magnas huius chronici partes e codice B* 3 *ad verbum exscripsit;*

B 3 *c. codex Durhamiensis C. IV.* 15 *e codice B* 3 *b videtur esse descriptus.*

Praeterea codex bibliothecae collegii Eaton prope Windsor n. 3279, 380 *ea continet, quae apud Reginonem ad a.* 812.—892. *de rebus gestis Normannorum inveniuntur*[1], *et codex Vaticanus n.* 1992 *saec. XI. in fol.* 171'—172 *locum brevem ex a.* 873. *Reginonis petitum. Codex a.* 1772. *Muris inventus, quem Hohenbaum van der Meer aliqua ex parte contulit, nunc latet; item ille, quem Cantabrigiae in bibliotheca collegii Clarohallensis servari Gatterer*[2] *dixit. Alium codicem, quem ipse inspexisset, cum bibliotheca Gemblacensi tota concrematum esse Mabillon*[3] *memoriae prodidit.*

Editiones (apud Pertzium n. 5 *signatae) ante Pertzium institutae sunt hae:*

a. Sebastiani de Rotenhan, Magontiae 1521;
b. Simonis Schardii, Francof. a/M. 1566;
c. Pistorii in Rerum German. Scriptorum tomo I, Francof. 1583, *iterata Hanoviae* 1613;
d. Argentoratensis sumptibus Laz. Zetzneri 1609;
e. Pistorianae editio tertia curante B. G. Struvio Ratisb. 1726;

Quarum prima codicem A 1 *g* = *B* 2 *l videtur secuta esse, siquidem pariter atque illa textum e codicibus A* 1 *et B* 2 *i conglutinatum praebet, ceterae vero omnes illa nituntur. Struvius*

1) *Ed. Du Chesne, 'Historiae Normann. Script.'* 7—14. 2) *'Histor. Biblioth.' X,* 251. 3) *'Annales ordinis S. Benedicti' III,* 329.

demum magna diligentia editionem ex Adone, Paulo, Annalibus Laurissensibus, Mariano, Annalista Saxone emendare studuit, codices tamen nullos adhibuit.

Post illos G. H. Pertz a. 1826. *in Mon. Germ. Scriptorum tomo primo p.* 537—629 *Reginonem cum continuatore edidit eum in modum, ut usque ad annum* 813. *textum priorum editionum ex codice B* 2 *mediocriter mutatum sine notis exhiberet, inde undecim codicibus cum illis comparatis apparatum criticum instrueret. Sed in hac quoque parte nimiam auctoritatem editionibus tribuit et in notis componendis parum diligentiae adhibuit. Saepissime enim lectiones variantes ab eo exhibitae in eis codicibus, e quibus petitae esse dicuntur, non inveniuntur, sed aut aliorum librorum sunt aut alio aliquo modo perturbatae. Codices autem illi, quorum rationem habuit, quam diversae sint auctoritatis, ex hoc stemmate apparebit, in quo eis, quibus ille usus est, numeros uncis inclusos dedi:*



In nostrum sermonem verterunt chronicon E. Dümmler (1857, ²1890) *et continuationem M. Büdinger* (1857) *in collectione scriptorum antiquitatis germanicae.*

Ad hanc editionem in textu recensendo sex codices A 1, 2, 3 *et B* 1 (+ *A* 2*), 2, 3 *respexi; praeterea ad lacunam codicis A* 1, *cui tres quaterniones desunt, explendam A* 1 *a et b conferri poterant, quod adhuc omisi. Illorum autem sex codicum lectiones variantes omnes adnotare studui exceptis eis, quae lapsu calami tam aperto ortae sunt, ut unusquisque librarius eas ipse corrigere posset, velut* duocimo *pro* duodecimo, exercicitum *pro* exercitum, *similes. In A* 3 *etiam ordinem verborum neglexi et ab a.* 887.—906. *graviores tantum variationes eius notavi, ne nimium spatii inutili copia impleretur.*

Neglexi quoque minima quaedam, ut lectiones inter e *et* ae, i *et* y *(exceptis nominibus propriis),* ci *et* ti, ob- *et* op-, apud *et* aput, aliquod *et* aliquot, inquid *et* inquit, ex- *et* exs-, adm- *et* amm-, inr- *et* irr-, *similia variantes: id in textum recepi, quod plurium aut meliorum codicum auctoritate commendabatur; ea, quae non recepi, omnino omisi, nisi idem in tribus codicibus reperiebatur. Littera* ę *usus sum, ubi in codicibus* ae, ę, e, oe *inter se certant. Semper scripsi* pre *et* presbiter, *etsi plerumque* p̄ *et* pb̄r *leguntur, raro etiam* prę *et* presbyter *inveniuntur; item semper* sinodus *et* Dionisius, *etsi nonnulli codices aliquoties* synodus *et* dyonisius *(sic!) exhibent. Cum* ecꝛa, eccꝛa, ęcꝛa, ęccꝛa, aecꝛa, aeccꝛa *promiscue sine ulla ratione occurrant, omnibus his neglectis formam regularem* ecclesia *usurpavi, quamquam ea ipsa rarissima est. Neglexi quoque in voce Brittanniae alterum* t *aut* n *saepius desideratum non minus quam alterum* p *in nominibus Pippini et Philippici.*

Textus amissi codicis B ex exemplaribus eius facile restituitur, non item codicis A, cum codici A 1 *non semper fides habenda sit, A* 2 *iam a.* 867. *claudatur, A* 3 *(Annalista Saxo) chronici verba plerumque excerpta potius quam descripta praebeat. Ubi A et B inter se discrepant, in priore parte operis causa saepissime decernitur auctoritate fontium Reginonis, quippe quos ille ad verbum describere solitus sit. Qua in re perspicitur codicem B plerumque propius ad genuinum textum accedere, sed interdum mendis corruptum esse, alterius autem librarium, i. e. auctorem continuationis, saepius e consulto Reginonis verba mutasse sive correxisse.*

Uncis quadratis et in chronico et in continuatione ea verba inclusi, quae in auctoris exemplari margini videntur adscripta fuisse, siquidem in codicibus non eodem loco exhibentur, ut p. 22: Albinus episcopus Andegavis clarus habetur *et a.* 955: Conradus quondam dux ibi occiditur. *Ita etiam p.* 31 *verba* Arnulfus episcopus et Romaricus abba clari habentur *inclusi, quamquam codices hoc loco congruunt, propterea quod mors Arnulfi paulo antea commemorata est.*

Paginas editionis Pertzianae in margine interiore adnotavi.

Restat, ut eis gratias agam, quorum opera in hac editione adiutus sum: omnium primo V. Ill. E. Dümmler, operis

universi, cuius haec particula quamvis parva est, rectori prudentissimo, qui cum semper in rebus maxime variis consilio suo mihi subvenit tum auctoritate sua effecit, ut tres codices Parisini (primus B 1 a, postmodum A 2 et B 3) conferendi in longius tempus mihi traderentur, alii Londinii, Parisiis, Vindobonae sumptibus Monumentorum Germaniae mihi conferrentur; nec minus V. Cl. O. Hartwig bibliothecae universitatis Halensis praefecto, cuius auxilio liberaliter praebito factum est, ut codices bibliothecarum Monacensis, Schaffhusanae, Treverensis, Carlsruhanae, Einsidlensis, Parisinae, Coloniensis, Lipsiensis Halas mihi missos et in bibliotheca universitatis servatos conferre possem; item illarum tot bibliothecarum praefectis, qui tam liberaliter codices suos mihi miserunt; eis quoque, qui pro me alibi codices hos illos contulerunt aut inspexerunt, viris humanissimis J. H. Jeayes Londiniensi, A. Rogers Cantabrigiensi, A. Molinier Parisiensi, S. Herzberg-Fränkel Vindobonensi, M. Keuffer Treverensi. Maximas denique gratias me debere libenter profiteor V. Cl. H. Ermisch archivario Dresdensi, qui schedas satis copiosas ex dissertatione sua de Reginonis chronico a. 1872. *publicata relictas benigne mihi dedidit.*

Scribebam Sundiae mense Februario 1890.

F. KURZE.

EX EPISTULA REGINONIS

DE HARMONICA INSTITUTIONE AD RATHBODUM ARCHIEPISCOPUM DIRECTA.[1]

INCIPIT EPISTOLA DE ARMONICA INSTITUTIONE MISSA AD RATHBODUM ARCHIEPISCOPUM TREVERENSEM A REGINONE PRESBITERO.

Excellentissimo domino Rathbodo sanctae Treverensis aeclesiae archiepiscopo Regino devotum obsequium in perpetuum. Cum frequenter in aeclesia vestrae diocesis chorus psallentium psalmorum melodiam confusis resonaret vocibus propter dissonantiam toni et pro huiuscemodi re vestram venerationem sepe commotam vidissem, arripui antiphonarium et eum a principio usque in finem per ordinem diligenter revolvens antiphonas, quas in illo adnotatas repperi, propriis, ut reor, distribui tonis. Divisiones etiam tonorum, id est

1) *Ex codice bibliothecae publicae urbis Lipsiensis nr.* 995 *saec. X. fortasse autographo. In tergo saltem eius inscriptum est manu s. XVI.* unicum ipsius Auctoris manuscriptum. *In pag. tertia manu s. XI. vineae enumerantur,* quas Rotmundus villicus fratrum de Caimada *(Kaimt ad Mosellam)* quondam fratribus dedit in concambio: in valle Sello *(Zell ad Mosellam)* . . ., in Plantone . . ., in Pumeruol . . ., ad Laiam . . ., in Nodereia . . ., item ad Laiolam . . ., in Vallo . . ., in Arteri . . . *Pro quibus illum accepisse notatur* ex rebus fratrum ad Noals vineam I. . . ., in Bodenans I. . . ., ad Gerolt I, iuxta illam terminat vinea sancti Arnulfi, ad Meils I. . . ., ad Perers . . ., in summitate Marlei I, sanctus Amandus habet iuxta illam. *Unde haud scio an colligatur codicem monasterii Marienburg prope Kaimt siti fuisse. Hic ille liber videtur fuisse, de quo Gerh. de Mastricht (syndicus Bremensis* 1688—1721*) in catalogo bibliothecae suae a.* 1719. *edito haec scribit (p.* 954*):* Reginonis presbyteri epistola de Harmonica Disciplina ad Rathbodum archiep. Trevirensem, Authenticum ab ipso auctore scriptum et missum ad archiepiscopum seculo nono, quo vixit Rhegino, in Membrana nitide scripta, unicum exemplar in Orbe, quod superstes est, cui notae musicae seculi VIII., IX., X. et XI. insertae, cuius neque Baluzius, qui Rheginonem edidit, nec alii mentionem faciunt. *Illius enim codicis Bremae nullum iam vestigium inveniri V. Cl. W. de Bippen, archivarius Bremensis, cui haec debeo, asseverat. Codex Lipsiensis in triginta foliis epistulam de harmonica institutione continet, deinde musicae artis tonos octo, quos ex codice Bruxellensi nr.* 2751 *saec. X. ed. Coussemaker, 'Scriptores de Musica medii aevi' Paris.* 1867, *II,* 1—73; *epistulam edidit Gerbert, 'Script. eccl. de musica sacra' I.*

differentias, quae in extrema sillaba[a] in versu solent fieri, ut decens et conveniens fiat concinentia, sicut a maioribus nobis traditae sunt et sicut ipsa armonicae disciplinae experientia nos instruit, distinctis ordinibus inserere curavi. Adiciunt autem quidam et alias divisiones, quas superfluas esse arbitramur: sed ne a superstitiosis[b] musicis reprehendamur, eas subtus aut supra in margine adnotare studuimus, periti cantoris iudicio relinquentes, utrum eas necessarias an supervacuas opinari velit. Non solum autem antiphonas per congruos tonos distinxi, verum etiam introitus ad missas et communiones, nec non et responsoria, quae nocturnis horis in Dei laude canuntur, consonantibus sibi tonorum convenientiis associare summo studio elaboravi. — — — — — — — — — — — — — — — — — — Sed iam prolixus sermo finem prestolatur. Reverentissime[c] papa, excellentiam vestram superna providentia omni sanctae suae ecclesiae profuturam per multa annorum curricula incolumem conservare dignetur.

EXPLICIT EPISTOLA DE ARMONICA INSTITUTIONE. INCIPIUNT OCTO TONI MUSICAE ARTIS.

EPISTULA REGINONIS

AD HATHONEM ARCHIEPISCOPUM MISSA.[1]

INCIPIT PREFATIO OPERIS SUBSEQUENTIS.

Sanctae Moguntiacae sedis presuli ac totius Germaniae primati Hathoni Regino vestrae sublimitatis devotissimus clientulus presentis vitae prosperitatem et futurae beatitudinis orat gloriam. Sciens magnitudinem prudentiae vestrae non solum iuxta sacrorum canonum sanctiones totius provintiae sollicitudinem gerere, verum etiam totius regni utilitatibus pervigili cura insudare, misi vestrae celsitudini libellum, quem de synodalibus causis aeclesiasticisque disciplinis iussu et ortatu domni et reverentissimi Rathbodi archiepiscopi summo cum studio ex diversis sanctorum patrum conciliis atque decretis collegi atque coadunavi, non temere arbitratus

a) silliba *cod.* b) superstitutiosis *cod.* c) reverentissimae *cod.*

1) *Praefatio operis de synodalibus causis compositi (ed. Wasserschleben 1840) ad fidem unici libri manu scripti codicis bibliothecae publicae Trevirensis nr. 927, cuius collationem benignitati V. Cl. Keuffer illius urbis bibliothecarii debemus.*

aut omnium librorum copiam vestris armariis deesse aut vestri excellentis ingenii prudentiam quicquam latere, qui locum vestrae celsitudini caelitus commissum dignitate nobilitatis famosis preconiis extollitis, qui tantus in omni genere philosophiae estis, ut solus nobis representetis hac decrepita aetate ingenia philosophorum, de quibus illa sollers Latialis antiquitas gloriata est. Sed quia vestra sapientiae supereminens celsitudo in disponendis rebus publicis assidue versatur, fortasse onerosum[a] videtur, ut plurima conciliorum volumina semper vobiscum longe lateque deferantur, idcirco hunc manualem codicillum vestrae dominationi direxi, ut illum pro enkyridion[1] habeatis, si quando plenitudo librorum vestrorum in presentia[b] non est. Si quem autem movet, cur frequentioribus nostrorum, id est Galliarum ac Germaniae, conciliorum usus sim exemplis, accipiat responsum et sciat, quia ea maxime inserere curavi, quae his periculosis temporibus nostris necessariora esse cognovi et quae ad susceptum propositae causae negotium pertinere videbantur. Illud etiam adiiciendum, quod multa flagitiorum genera hoc pessimo tempore in aeclesia et perpetrata sunt et perpetrantur, quae priscis temporibus inaudita, quia non facta, et ideo non scripta et fixis sententiis damnata; quae modernis patrum regulis et dampnata sunt et quotidie dampnantur. Nec non et illud sciendum, quod, sicut diversae nationes populorum inter se discrepant genere moribus lingua legibus, ita sancta universalis aecclesia toto orbe terrarum diffusa, quamvis in unitate fidei coniungatur, tamen consuetudinibus aecclesiasticis ab invicem differt. Aliae siquidem consuetudines in Galliarum Germaniaeque regnis in aecclesiasticis officiis reperiuntur, aliae in orientalium regnis, transmarinis regionibus. Monet preterea scriptura terminos, id est[c] leges et decreta, quae patres nostri posuerunt, omnimodis observandos nec ullatenus temeraria presumtione transgrediendos: quapropter antecessorum nostrorum vestigia sequens diversorum patrum diversa statuta in ordine digessi, lectoris iudicio derelinquens, quid potissimum eligere ac approbare malit. Suscipiat ergo hoc parvum munusculum vestra dignatio ea benignitate, qua devotione missum est a mea exiguitate. Valeat gloria beatitudinis vestrae hic et in futuro. Amen.

EXPLICIT PREFATIO OPERIS SUBSEQUENTIS.

a) honorosum *cod.* b) presentiarum *cod.* c) idem *cod.*

1) *I. e.* ἐγχειρίδιον, *enchiridium.*

REGINONIS CHRONICON.

* p. 543. *INCIPIT[a] PREFATIO OPERIS SUBSEQUENTIS*.

Excellentissimi ingenii et totius philosophiae studiis multipliciter insignito domno Adalberoni[b] episcopo[1] Regino, quamvis omnium christicolarum extremus, vestrae tamen sublimitati in omnibus devotissimus, fidelia mandat orationum obsequia. Chronicam, quam de nostris et antecessorum nostrorum temporibus litteris[c] comprehendi, vestrae singulari prudentiae examinandam transmisi, ut vestro perspicaci iudicio aut approbetur[d] aut condempnetur[e]. Quam in duobus libellis distinxi, exordium capiens a primo incarnationis dominicae anno et consummans[f] coeptum[g] opus usque in presentem annum, qui computatur a prefata incarnatione Domini nongentesimus octavus. Indignum etenim mihi visum est, ut, cum Hebreorum, Grecorum et Romanorum aliarumque gentium historiographi[h] res in diebus suis gestas scriptis usque ad[i] nostram notitiam transmiserint, de nostris quamquam longe inferioribus temporibus ita perpetuum silentium sit, ut quasi in diebus nostris aut hominum actio cessaverit aut fortassis nil[k] dignum, quod memoriae fuerit commendandum, egerint aut, si res dignae memoratu gestae sunt, nullus ad haec litteris[l] mandanda idoneus inventus fuerit, notariis per incuriam otio torpentibus. Hac itaque de causa non passus sum tempora patrum nostrorum et nostra per[m] omnia intacta preterire, sed ex multis pauca notare curavi et, ubi[n] ad presentia tempora ventum est, stilo[o] temperavi propter quorundam offensam, qui adhuc sunt superstites, latius[p] haec posteris exequenda[q] relinquens. Accipite ergo hoc[r] parvum munusculum ea benignitate, qua[s] devotione missum est a mea parvitate. In calce autem obsecro lectorem,

*) Chronicae videlicet, quam Regino quondam abbas Pruniensis composuit *add. (A?) A* 1.

a) *Praefatio deest in codice A* 2, *totus fere prior liber in A* 3. b) adalperoni *A* 1; adhalbaroni *(B) B* 1. 2; adhalberoni *B* 3. c) literis *A* 1. d) probetur *A* 1; abprobetur *B* 1. 2. e) condemnetur *A* 1. f) consumans *B*. g) ceptum *B*. h) historiophgraphi *B* 2. i) *deest B* 1. k) nihil *B* 1. 3. l) literis *A* 1. m) *deest A* 1. n) Et tibi *B* 2. o) stilum *A* 1. p) lacius *B*. q) exquenda *B* 1; exsequ. *B* 3. r) hec *B* 2. s) quia *B* 2.

1) *Augustano* 887—910.

ut, si illi haec dicta nostra, qualiacumque sint, placuerint et ea sibi describi voluerit, hanc prefatiunculam[a] nullatenus omittat[b], quin eam in prima fronte libelli annotari[c] faciat. Gloriam celsitudinis vestrae multorum utilitatibus profuturam superna providentia diu incolumem conservare dignetur.

EXPLICIT PREFATIO.[d.*]

*INCIPIT LIBELLUS DE TEMPORIBUS DOMINICAE INCARNATIONIS.[e] * p. 544a.

J. Moris (Ancient. 93, 1878) 280.

(1—14).

1—15.

Beda. Anno imperii Octaviani Caesaris XLII. Iesus[f] Christus filius Dei
Luc. 2, 8-21. natus est[1]. Eadem nocte ab angelis evangelizatur, a pastoribus visitatur, octava die circumciditur, XIII. die stella duce a magis
Matth. 2, 1-11. adoratur et misticis muneribus predicatur[2]. XL. die in templum
Luc. 2, 22-38. cum oblatione a parentibus inducitur, a Simeone[g] suscipitur, ab
Matth. 2, 14-15. Anna agnoscitur[h]; posthaec in Aegyptum[i] deportatur, ubi manet usque ad obitum Herodis.

Anno dominicae incarnationis II.[3] Herodes mittens in Beth-
Matth. 2, 16. leem[k] et in omnibus finibus eius, pueros innocentes iugulare pre-
Beda. cepit. Deinde in domesticos arma convertens multos perimit[l], dilectam sibi coniugem Mariamnem[m] interficit[n], filios, quos ex ea susceperat, Aristobulum[o] et Alexandrum in Samaria strangulari iubet[4]. Novissime Antipatrum ex Doside natum, incentorem et insimulatorem[p] omnium malorum gladio percutit. Posthaec[q]
Beda. miserabili morte perit[r] anno dominicae incarnationis[s] VI., regni vero sui XXXVI.[5]

Beda. Anno dominicae incarnationis VII.[6] Archelaus filius Herodis
Matth. 2, 21-23. in Iudea regnat. Dominus Iesus ex Aegypto[t] reducitur et propter metum predicti regis in Nazareth civitatem Galileae divertit ibique usque ad tempora baptismi inhabitavit[u].

Horat. a. p. 78. *) Multi decertant et adhuc sub iudice lis est, Feminei genesis vel neutri chronica constent; Sed nobis pocius neutro proferre videtur *add. B 2i.*

a) p̄faciunculam *B*. b) obmittat *B* 1. 2. c) adnot. *B* 1. 3. d) *deest A* 1. e) INCIPIT CRONICA A REGINONE ABBATE PRUMIENSI IN ORDINE DIGESTA *A* 2. f) *deest B* 3. g) symeone *A* 1. *B* 3. h) cognoscitur *A* 1. i) ęgiptum *B*. k) bethlehem *A* 1; betlehem *B* 1. l) perimit. Nam et dil. *A*. m) mariamen *A* 2. n) interfecit *A* 2. *B* 2. o) aristobolum *A* 2. *B* 2. 3. p) insimilatorem *B* 1. q) ipse *add. B* 1. r) perilt *A* 2. s) inc. dom. *A* 2. t) ęgipto *B*. u) habitavit A.

1) *Ex Bedae chronico de sex aetatibus, aet. VI.* 2) *Conf. Ermisch, 'die Chronik des Regino bis* 813', *Gott.* 1872, *p.* 44 *sq.* 3) *Ex Matth.* 2, 16: Occidit omnes pueros a bimatu et infra. 4) *Ex Bedae aetate V. (Octavianus Caesar); ubi etiam de* nato ex ea (sc. *Doside*) filio Antipatro *mentio fit neque tamen de morte illius quidquam narratur; cf. Ermisch p.* 45 *sq., Iosephum latinum (Hegesippum) I,* 42 (strangulantur imperio patris) *et* 45. 5) Undecimo Augusti anno *Herodem Iudaeorum principatum suscepisse Beda in V. aetate et* anno imperii Augusti XLVII. *mortuum esse idem in VI. aetate dicit.* 6) *Unumquemque regem aut imperatorem Regino non eodem, quo decessor regnare desiit, sed eo demum, qui illum sequitur, anno imperium ingredientem facit; v. infra a.* 15, *n.* 3.

Duodecimo aetatis suae anno dominus[a] Iesus Hierosolimam[b] conscendit ibique in templo in medio doctorum residens a parentibus post triduum invenitur. Luc. 2, 42. 46.

Anno dominicae incarnationis XV.[1] Archelaus a Iudeis apud Caesarem accusatus in Viennam urbem Galliae exilio relegatur[c]. Regnum[d] Iudeorum inter quatuor fratres eius Herodem, Antipatrum, Lisaniam[2] et[e] Philippum[f] dividitur. Caesar Augustus, postquam LVI annis et VI mensibus Romanum rexit imperium, moritur[3]. Beda.

16—38. (14—37).

Anno dominicae incarnationis XVI. Tiberius regnare coepit[g] et regnavit annos[h] XXIII. Beda

Anno dominicae incarnationis XXVII.[4] Pilatus Iudeae procurator a Tiberio dirigitur. Beda.

Anno dominicae incarnationis XXX., Tiberii autem XV. Iohannes circa regionem Iordanis baptismum penitentiae[i] in remissionem peccatorum predicat multosque baptizat[k]; inter quos ipsum redemptorem mundi, qui omnium peccata abluit, aquis Iordanicis tinguit. Post baptismum Dominus in desertum secedit, XL dies ieiunat, post ieiunium temptatore superato in virtute spiritus Galileam[l] ingreditur, apostolos vocat, regnum Dei evangelizat, multa signa et miracula[m] facit. Lucas 3. Luc. 4 sq.

Anno dominicae incarnationis XXXII.[5] Iohannes baptista insidiante Herodiade iussu Herodis in carcere capite truncatur. Ado.

Anno dominicae incarnationis XXXIII. Tiberii vero XVIII. Dominus sua passione[n] mundum redemit[o]; quadragesimo die post resurrectionem caelum ascendit, quinquagesimo Spiritum[p] paraclitum misit, Mathias in loco Iudae[q] constituitur apostolus. Iacobus[r] frater Domini Hierosolimorum[s] episcopus consecratur[t], VII diaconi ordinantur, Stephanus[u] lapidatur. Beda. Act. 1-2. Beda.

Anno dominicae incarnationis XXXIIII. secundum Latinos, qui a Ianuario annum incipiunt computare, Paulus, cum pergeret Damascum, a Christo de caelo[v] vocatus est[w], Act. 9, 1-8.

a) Anno inc. suae XII. Dominus *(A)* *A* 2; Dominus — ibique anno — XII. in *A* 1. b) hierosc'lymam *A* 1; ierosolimam *A* 2. c) religatur *A* 2. d) vero *add.* *A* 2. e) *deest* *A* 2. f) filippum *B* 1. g) cępit *B* 1. 2. h) annis *A* 2. i) poen. *A* 1. k) baptizavit *B* 1. l) in gal. *A* 2. m) mirabilia *superscr.* vel miracula *A* 1. n) pass. sua *A* 2. o) reęmit *A* 1. p) sps *B* 1; sps *corr.* spi *B* 2. q) in locum iudae electus *A*. r) Iacopus *A* 1. s) ieros. *A*, hieros. *corr.* *A* 1. t) constituitur *A* 1. u) ex quibus st. *A* 2. v) coelo *A* 1. w) *deest* *B* 2.

1) Annis IX *Archelaum regnasse Beda tradit: noster ei annos p. Chr. n.* 7—15 *tribuit.* 2) Lysias *nunc Beda; noster codice eius nunc perdito usus est. Conf. Ermisch p.* 45. 3) *Beda V. aet.:* Octavianus Caesar Augustus . . . regnavit annis LVI et mensibus VI. *Atque cum supra Octaviani annum XLII. Christi primum posuerit, recte noster illius LVI. huius XV. dicit: mensibus enim et diebus separatim computatis unicuique imperatori integrum annorum numerum tribuit, quasi uniuscuiusque imperium a Kalendis Ianuariis ordiatur et ultimo anni die finiatur; de his mensibus VI v. infra ad Gaium.* 4) *Beda (Tiberius):* Huius anno duodecimo. 5) *Scilicet uno anno ante ipsius Domini mortem; cf. Matth.* 14, *Marc.* 6, *Luc.* 3, *Adonis martyrologium (ed. Surius de prob. sanct. hist. VII) IV. Kal. Sept.*

secundum Hebreos, qui a Martio inicium anni capiunt[a], eodem anno, quo Dominus passus est[b], XI. mense, id est VIII. Kal. Febr.[1]

(37—41). **39—44.**

Anno dominicae incarnationis XXXVIIII. Gaius[c] regnat annos[d] IIII, menses X, dies VIII. His ergo X[e] mensibus si addamus VI, qui superfuerunt[f] LVI annis Octaviani, erunt menses XVI: ex quibus quatuor detractis annus integer re-
Beda. manet, qui hoc in[g] loco inserendus videtur[2]. Herodes Agrippa Iudeorum genti preficitur[h].

Beda. Anno dominicae incarnacionis XLIIII.[3] Herodes tetrarcha cum Herodiade in Hispania merore perit[i]. Pila*tus, qui in Domini * p. 544b.
passione mortis sententiam protulit, sua se manu peremit.

(41—54). **45—58.**

Beda. Anno dominicae incarnationis XLV. Claudius[k] regnat[l] annos[m] XIII, menses VII, dies XXVIII. Addamus itaque his VII mensibus IV, qui supra remanserunt, fiunt XI, et VIII dies his[n] XXVIII diebus, erunt XXXVI[o], id est annus et VI dies; qui huius temporibus adnumerandus videtur.

Act. 12. Anno dominicae incarnationis XLVII. Iacobus[p] frater Iohannis ab Herode decollatur, Petrus in carcerem mittitur; idem[q]
Beda. Herodes ab angelo percutitur[4], Antiochiae Spiritus sanctus
Act. 13,1-2. discipulos alloquitur[r]: *Segregate mihi Paulum et Barnaban* et cetera.
Beda. Agrippa filius Herodis in Iudea regnat usque ad[s] exterminium Iudeorum.

Anno dominicae incarnationis XLVIII., passionis vero XIV. et Claudii IV., Paulus et Barnabas ascenderunt Hierosolimam[t]. De hac ascensione sua Paulus ipse scribit ad
Gal. 2,1.2. Galathas[u]: *Deinde post annos XIIII ascendi Hierosolimam*[t] *cum Barnaba, assumpto et Tito, et contuli cum illis,* id est cum apostolis, *evangelium*[v]*, quod predico in gentibus.* XIIII. itaque anno passionis dominicae iuxta condictum Iacobi, Cephae[w] et Iohannis ad gentium magisterium et apostolatum Paulus profectus est. Ubi numerus, ipse quem posuit, recensendus est anno-

a) accipiunt *B* 3. b) p. e. D. *A* 2. c) Caius *A* 1. d) annis *B* 1. 2. e) *deest A.* f) superfuerant *B* 1; superfuerit *B* 2. g) *deest A* 2. h) perficitur *A* 1. *B* 2. i) c. H. hispaniam in exilio mittitur *A* 2. k) Glaudius *B* 1. 2. l) regnavit *B* 3. m) annis *B* 3. n) dabis his *A.* o) XXXVII *codd.* p) Iacob *A* 1. q) id est *A* 1. r) all. disc. *A* 1. s) *deest B* 1. 2. t) ierosolimam *A.* u) galatas *A* 1. v) ewang. *B* 1. w) zefe *B* 2. 3; zeffę *B* 1.

1) *Ian.* 25 *ab ecclesia Pauli conversio celebratur; cf. infra ad a.* 48. 2) *Quinque igitur anni* (39—43) *Gaio tribuendi erant; temere noster, cum* 5 *ad* 39 *addidisset, etiam a.* 44 *eidem tribuit. Idem mendum saepius recurrit; ut infra in Nerone, Hadriano, Gallo, Aureliano, Diocletiano, Constantino.* 3) *De tempore Beda nihil dicit; temere Regino, cum certius nihil sciret, in ultimo Gai anno haec videtur posuisse.* 4) *Haec eodem anno fuisse Regino ex Actis apost. collegit. Herodem autem* in regno annis VII *(igitur a.* 39—45 *aut* 46*)* usque ad quartum Claudii annum *(a.* 48*!) permansisse invenit; quae cum non congruerent, in medio verum esse ratus a.* 47 *sumpsit.*

rum. Scimus enim Petrum et Paulum apostolos[a] anno[b] post passionem Domini XXXVIII., id est ultimo Neronis anno, passos fuisse[1] et beatum Petrum Romae XXV annis episcopalem sedisse cathedram; XXV autem[c] et XIIII non XXXVIII, sed XXXVIIII faciunt. Sequitur ergo, ut beatum Petrum eodem XIIII. post Domini passionem anno, quo eum Hierosolimis[d] alloquitur Paulus, id est IIII. Claudii anno, Romam venisse credamus, simulque ni fallor hac supputatione Paulum eodem, quo Dominus passus est, anno ad fidem venisse probatur.

Eodem anno[2] fames[e] gravissima facta est, cuius Lucas meminit, et Claudius Brittanniam intravit. Beda.

Anno dominicae incarnationis LIII.[3] Claudius Iudeos tumultuantes Roma expulit. Beda.

59—72.[4] (54—68).

Anno dominicae incarnationis LVIIII. Nero regnat annos XIII, menses VII[f], dies XXVIII[g]. Beda.

Anno dominicae incarnationis LXI.[5] Festus procurator succedit Felici, Paulus[h] vinctus Romam mittitur, anno II. Neronis. Beda.

Anno dominicae incarnationis LXIII.[6] Iacobus frater Domini a Iudeis lapidatur[i]. Festo in magistratu[k] Iudeae successit Albinus, Albino Florus. Beda.

Anno[l] dominicae incarnationis LXX.[7] Vespasianus magister militiae cum exercitu in Iudeam mittitur. Beda.

Anno dominicae incarnationis LXXII.[8] Romae Petrus[m] crucifigitur Paulus decollatur. Sub Neroniana persecutione coronantur[n]: Romae Processus et Martinianus, XLVII[o], qui baptizati sunt a beato Petro et in custodia Mamurtini[p] retrusi[9]. Torpes[10], Marcellus et Apuleius[11]; Alexandriae Marcus evangelista passus est VIII. anno Neronis[12]; Mediolanis[q] Nazarius et Celsus[13], Gervasius[r] et Protasius sub Anulino[s] prefecto[14]; apud Nuceriam[t] Felix[u] cum Constantia[15]; apud Aquileiam Hermagoras episcopus[v.16], Fortunatus diaconus[17]. Beda. Ado.

a) apostolos — Romae *deest A* 2. b) *deest B* 2. c) anni *add. A.* d) ieros. *A. B* 2. e) famis *B* 2. f) sex *A* 2. g) XXVIIII *B* 3. h) Festus . . . Paulus anno d. l. LXI. *A* 1. i) Iacobus . . . lapidatus anno d. l. LXIII. *A* 1. k) Festo magistratus *B.* l) Anno . . LXX. *deest A* 2. m) Petrus Romae *A.* n) coronatur *B* 1. 2. o) et XLVII *A* 2. p) mamortini *B* 1. 2. q) mediolanio *A* 1; mediolano *A* 2; mediolanis *B, corr.* mediolani *B* 1. 3. r) Gervasius . . . prefecto *deest B.* s) Anolino *A* 2. t) miceriam *B* 2. u) Felix cum Constantia *in cod. B supra lineam additum videtur fuisse:* felix, aquileiae herm. ep., fort. d. cum constantia *B* 1; aquileia h. e., f. d., felix cum const. *B* 2; ap. aqu. h. e., f. d., nuceria felix c. const. *B* 3. v) episc. et fort. *A* 2.

1) *Scilicet non postea, quam ultimo Neronis anno, quoniam sub Nerone eum passum esse Regino cum apud Bedam tum in Gestis pontificum invenit.* 2) Quarto Claudii anno *Beda.* 3) Nono regni sui anno *Beda.* 4) = 59 + 13; *cf. supra a.* 39. 5) Huius secundo anno *Beda; secundum autem Neronis annum auctor rectius ponere debuit a.* 60. 6) *Errat auctor:* septimo Neronis anno *Beda.* 7) *Hunc numerum unde Regino petierit, non liquet.* 8) *I. e. ultimo Neronis anno; v. supra a.* 48. 9) *Ex Adonis martyrologio VI. Non. Iul.* 10) *Ado XVI. Kal. Iun.* 11) *II. Id. Iun.* 12) *VII. Kal. Mai.* 13) *II. Id. Iun.* 14) *XIII. Kal. Iul.* 15) *XIII. Kal. Oct.* 16) *IV. Id. Iul.* 17) *Fortunatus diaconus nunc apud Adonem non invenitur; cf. Ermisch p.* 48.

(69—79). **73—82.**

Beda. Anno dominicae incarnationis LXXIII. Vespasianus regnat[a] annos[b] VIIII, menses XI, dies XXII. His XI mensibus additi VII Neronis fiunt XVIII[c]; et his XXII diebus illius XXVIII[1] fiunt L dies, id est annus, VII[d] menses et XX dies: qui annus hoc in loco inseritur[2].

1) 458 = 450 + 8; *cf. a.* 263. 2) *Conf. Ad. V. Kal. Iun.* 3) *Fortasse ipsa Consolatione philosophiae Regino usus est.* 4) 497 = 459 + 38; *cf. a.* 263. 5) Amtalan *Paulus* (Amthalam *codd. G* 3. 4). 6) ex consule *Paulus* (consulem *G* 3. 4).

politanum, a Iustiniano in exilium truditur; revocatus ab exilio, cum Romam reverteretur, in Sicilia civitate Siracusana calculi dolore moritur. Pelagius in pontificatu succedit.

Per idem tempus Albuinus, filius Oduini[a], Langobardis iam decimus imperat, qui filiam Clotharii regis Francorum Clothsuindam in matrimonium habuit. P. D. I, 27.

Childebertus rex Francorum cum exercitu Hispaniam intrat, Amalricum regem, filium Alarici in prelio extinguit, multum aurum et argentum inde absportat[b]. Clotharius[c] filios fratris sui Cledomeri cultro confodit. Theodoricus rex moritur. Theodobertus[d] filius eius post eum regnat.* H. Fr. 23. ib. 24. ib. 25.

498—509. (565—578).

Anno dominicae incarnationis CCCCXCVIII. Iustinus minor regnavit annos XI. Narses[e] patricius Totilam regem Gothorum in Italia occidit. Idem cum ducibus Theodoberti regis Francorum Bucellino[f] et Emingo[g], qui Italiam depredabantur, pugnavit eosque interfecit. Narses apud Iustinum et eius coniugem Sophiam accusatur[h] a Romanis, quod servitio Italiam premeret; et[i] statim Longinus prefectus mittitur, qui Narsetis locum obtineret. Cui inter cetera Sophia, quia eunuchus erat, hoc fertur mandasse, quod eum puellis in genitio lanarum faceret pensas dividere. Ad haec ille[k] respondit, talem se ei telam orditurum, qualem ipsa, dum viveret, deponere non posset; statimque genti Langobardorum mandat, ut venirent et possiderent Italiam. Beda. P. D. II, 2. Beda. P. D. II, 5. Beda.

Iohannes papa Romanam ecclesiam regit[1]. G. p. R.

Childebertus et Clotharius reges cum exercitu Hispaniam intrant, Cesaraugustanam civitatem[m] obsident. Cives induti ciliciis tunicam[n] sancti Vincentii super murum circumferunt Deumque contrito corde exorant. Reges divina inspiratione[o] miseratione flexi obsidionem solvunt. Episcopus eiusdem civitatis Childeberto regi pro munere stolam beati Vincentii dat. Idem rex Parisius basilicam in honorem[p] beati[q] Vincentii construit[r]. H. Fr. 26.

Albuinus cum Langobardis Italiam intravit et Gisulfum[s] nepotem suum Foroiulanis[t] prefecit. P. D. II, 9.

Theodobertus rex Italiam intrat, cum Langobardis certamen * p. 548 b. *init eosque superat, in Franciam reversus moritur. Non multo post tempore Childebertus rex Parisius moritur et in basilica sancti Vincentii sepelitur. Regna, quae[u] fratres et nepotes tenuerant, in Clotharii rediguntur potestate[v]. H. Fr. 26. ib. 27. ib. 28.

His temporibus Medardus episcopus migravit ad dominum; quem Clotharius rex cum debito honore Suessionis sepelivit. Post haec Clotharius moritur[w] et in basilica sancti Medardi[x] sepelitur. Quatuor filii eius regna[y] inter se diviserunt. Herechbertus[z] regnum Childeberti accepit et sedem Parisius habuit, Guntramnus[a] H. Fr. 29.

*) Huius temporibus beatus Nicetius Trevericae sedis archiepiscopus mira sanctitate refulsit *add. A.*

a) odoini *A* 2. b) asportat *A* 2. c) Glotharius *B* 1; clotrarius *B* 2. d) theodolbertus *B* 1. e) Narsis *A* 2. f) buccellino *A* 2; bulcellino *B* 2. g) emmingo *B* 3. h) accusatus *A* 2. i) *deest A* 2. k) At ille *A* 2. l) regit eccl. *A* 2. m) intr. hisp. et cesar civitatem *A* 2. n) tonicam *B* 1. 2. o) *deest A* 2. p) honore *A* 2. q) sancti *B* 3. r) construxit *B* 1. s) gisulfulfum *B* 2. t) foroiuliani *A* 2. u) Reginaque *B* 2. v) potestatem *A* 2; potestare *B* 2. w) rex cum debito suo moritur *B* 2. x) merdadi *B* 1. y) regnat *B* 2. z) herecbertus *B* 2; herechubertus *B* 3. a) guntrannus *A* 2. *B* 3; guntranus *B* 2.

1) Charebertus *Hist. Franc.* (Cherebertus *cod. B* 1 *a*).

regnum Clodomeri tenuit[a] sedemque constituit Aurilianis[b], Hilpricus[c].[1] regnum patris sui Clotharii, cathedram Suessionis habuit, Sigibertus[d] regnum Theodorici Remis sive Mettis sedem statuit.

P. D. II, 10. Huni, qui et Avares, comperta morte Clotharii super Sigibertum irruunt. Quibus ille in Turingiam occurrens, eos iuxta fluvium Albiam

H Fr. 31. potenter superavit. Hic Sigibertus legationem in Hispaniam[e] mittens Brunichildem Adanachildi regis filiam petit eamque in coniugium

P. D. II, 10. accepit; de qua filium Childebertum[f] nomine suscepit.

H. Fr. 30. Herechbertus[g] derelicta legitima uxore, quae vocabatur Ingoberga, duas sorores Marcovefam et Merofilidam sibi in matrimonium iungit; ex quo scelere excommunicatus est a sancto Ger-

ib. 31. mano Parisiorum episcopo et iusto Dei iudicio percussus moritur et in basilica sancti Romani sepelitur. Regnum eius Sigibertus arripuit.

ib. 31. Hilpericus[h] Geilsuindam[i] sororem Brunichildis in coniugium accepit, quam pauco interiecto tempore suggerente Fredegunde[k] in lecto strangulavit. Deinde Audoveram reginam a se repulit, eo quod adhortante Fredegunde filiam propriam a sacro fonte suscepisset, et eandem Fredegundem sibi in matrimonium iungit. Habuit vero ex supradicta Audovera tres filios, Theodo-

ib. 32. bertum, Meroveum et Clodoveum. Theodobertus iussu patris trans Ligerim regionem, quam avunculus eius Herechbertus[l] tenuerat, occupat et apud Pictavis cum Gundaldo duce Sigiberti dimicat eumque superat. Sigibertus cum exercitu Parisius venit fratremque Helpericum[m] bello adgreditur, in quo prelio supradictus Theodobertus occubuit. Helpericus[n] fugiens cum uxore et filiis[o] Tornacum[p] ingressus est ibique se[q] communivit[r]. Quem cum Sigibertus ibi persequeretur, dolo Fredegundis reginae a duobus pueris eius interficitur[s]. Quem frater in basilica sancti Medardi sepelivit. [Albinus episcopus Andegavis clarus habetur[t]][2]. Ea tempestate Brunichildis cum filio adhuc parvulo Parisius morabatur. Gundaldus[u] dux, adprehensum puerum nocte[v] latenter[w] aufugit

ib. 33. eumque in regnum paternum reportavit. Eadem Brunichildis Rotomagum[x] in exilium mittitur, ubi veniens Meroveus filius Helpricii[y] eam sibi in coniugium sociavit. Ex qua causa postea a patre adtonsus monachus efficitur et presbiter ordinatur. Eodem tempore sanctus Germanus Parisiorum episcopus ad Dominum transit[z] et in basilica[a] sancti Vincentii sepelitur. Childebertus matrem Brunichildem requirit, quam Helpricus[b] reddere iubet.

P. D. II, 11. Narses patricius de Campania Romam venit ibique moritur; corpus eius in locello plumbeo[c] cum omnibus divitiis eius Constantinopolim perlatum est.

G. p. R. Benedictus papa Romanam ecclesiam gubernat[d].

P. D. II, 13. Fortunatus poeta in Galliis insignis habetur: qui natus quidem in loco, qui Duplalis[e].[3] dicitur, fuit, qui locus haud[f] longe a Cenitensi castro vel Tarvisiana[g] distat civitate, sed tamen in Ravenna

a) *deest B* 1. b) aurilianus *B* 2. c) Hilpericus *A* 2. d) sigeb. *B* 3 *semper*. e) in hispania *B* 1. f) childeberti *B* 2. g) herecb. *B* 2; herib. *B* 3. h) Hilpricus *B* 1; Heilpericus *B* 2. i) geinsuindam *A* 2; geilsuinda *B* 2. k) fredegunda, -gundam, -gundae *A* 2 *semper*; fredegundo *B* 2. l) herebertus *B* 2; herecb. *B* 3. m) hilpericum *B* 3. n) helpricus *B* 2. 3. o) filiis albinus — habetur torn. ingr. *A* 2. *B* 2; *cf. infra*. p) torniacum *B* 2. q) *deest B* 3. r) communuit *B* 2. s) interficiatur *B* 2. t) *verba* Albinus — habetur *desunt B* 1. 3, *falso loco posita sunt A* 2. *B* 2 *(cf. supra); unde apparet ea in codice autographo inter lineas aut in margine addita fuisse.* u) guldaldus *B* 2. v) *deest A* 2. w) lactentur *B* 2. x) rotomagnum *B* 2. y) helperici *A* 2. z) transiit *A* 2. a) basillicam *B* 2. b) helpericus *A* 2. c) plubeo *B* 2. d) regit eccl. *A* 2. e) duplabs *B* 2; dicitur dupl. *A* 2. f) aud *B* 2. g) carvisiana *A* 2; travis. *B* 2.

1) Chilpericus *Hist. Franc.* 2) *Ex Vita Albini auctore Venantio Fortunato (MG. Auct. ant. IV, 2, 27—33).* 3) Duplabilis *Paulus.*

nutritus et doctus in arte grammatica[a] sive rethorica seu metrica[b] clarissimus extitit. Qui amore sancti Martini in Gallias transiens primo Turonis, deinde Pictavis habitavit, in qua civitate episcopus ordinatus est.

Albuinus rex cum Langobardis Tarvisium[1], Vicetiam[c] Veronamque et reliquas Venetiae[d] civitates capit. Deinde Liguriam ingressus Mediolanum cepit, *deinde omnes Liguriae civitates[e]. Ticinensis civitas[f] ultra tres annos obsidionem perferens Langobardis se tradidit; omnesque civitates armis ceperunt preter Romam et Ravennam vel aliqua castra, quae erant in maris littore constituta. Albuinus[g], postquam in Italia III annos et VI menses regnavit, insidiis suae coniugis interemptus[h] est. Elmigisus[1.2], qui Albuinum occiderat[k], cum Rosimunda regina Ravennam ad Longinum prefectum fugit, auferens secum Albisindam filiam regis et omnem Langobardorum thesaurum; ubi ambo veneno perierunt. Longinus Albisindam filiam Albuini cum Langobardorum thesauris Constantinopolim dirigit. P. D. II, 14. * p. 549a. ib. II, 25. ib. II, 26.27. ib. II, 26. ib. II, 28. ib. II, 29. ib. II, 30.

Langobardi Gallias[l] ingrediuntur. Horum adventum vir Dei Hospicius, qui apud Niceam erat inclausus[m], sancto sibi revelante Spiritu[n] longe ante previdit. Quibus occurrit Amatus dux Guntramni[o] regis[p] et commisso bello a Langobardis extinguitur. Nummulus[3] in locum eius subrogatur, qui ex Langobardis multos interfecit, eosque in Italiam[q] redire compulit. ib. III, 1. ib. III, 3. ib. III, 4.

510—516. (578—582).

Anno dominicae incarnationis DX. Tiberius Constantinus regn. annos VII. Hic cum sub[r] Iustino adhuc caesar palatium regeret et multas cottidie elemosinas faceret, magnam ei Dominus copiam auri subministravit: nam deambulans per palatium vidit in pavimento tabulam marmoream, in qua erat crux dominica sculpta; quam inde levari iubens invenit defossum magnum thesaurum habentem supra mille auri centenaria. Huic[s] etiam thesaurus Narsetis a quodam sene, qui eum cum aliis terrae mandaverat, manifestatus[t] est; qui tantus fuit, ut vix per multos dies cisterna[u], in qua iacuerat, a deportantibus[v] potuisset evacuari. Huic Sophia augusta insidias temptavit ingerere: procedente enim eo ad villam, ut iuxta ritum imperialem XXX diebus ad vindemiam iocundaretur, vocato Iustiniano nepote Iustini mariti[w] voluit eum in regno sublimare; quo comperto Tiberius[x] adprehensam augustam omnibus thesauris[y] spoliavit[z], solum ei victum relinquens. Huius exercitus Persas debellavit tantamque predam cum XX pariter elefantis[a] detulit, ut humanae crederetur posse sufficere[b] cupiditati[c]. Beda. P. D. III, 12.

Ad hunc Helpricus rex Francorum suos legatos dirigens multa ab eo ornamenta, aureos etiam singularum librarum suscepit, habentes ab una parte effigiem imperatoris, scriptum[d] in circulo *Tiberius Constantinus*[e] *perpetuus Augustus*, ab alia parte habentes quadrigam et ascensorem, in circuitu scriptum *Gloria Romanorum*. Huius diebus Gre- ib. III, 13.

a) gramatica *A* 2. *B* 1. b) sive geometrica *A* 2. c) ucetiam *A* 2. d) veneticae *B* 1. e) *deest B* 2; ingressus omnes civitates accepit *A* 2. f) Ticinenses civitatis *B* 2. g) Ibuinus *B* 2. h) interhemptus *B* 3. i) Helmigisus *B* 3. k) occiderit *B* 2. l) in gallias *A* 2. m) inclusus *A* 2. n) spu revel. *A* 2. o) guntranni *A* 2. *B* 3. p) gegis *B* 2. q) in italia *A* 2. r) *deest A* 2. s) Cum quo *A* 2. t) manifestus *B* 2. u) urna *A* 2; cisternam *B* 2. v) depotant. *B* 1. w) inscio marito *A* 2. x) tyberius *A* 2. y) thesaurus *B* 2. z) expoliavit *A* 2. a) elifantis *B* 2. b) subficere *B* 1. 2. c) cupitati *B* 2. d) scriptam *B* 3. e) constantine *A* 2. *B* 2.

1) ecclesiae Episcopum Tarvisianae *Alboino occurrisse Paulus II*, 12 *narrat*. 2) Helmechis *Paulus*. 3) Mummulus *Paulus*.

gorius diaconus, cum esset apochrisiarius[a] in urbe[b] Constantinopolitana, morales libros composuit Eutichiumque[c] eiusdem urbis episcopum de resurrectione errantem[d] in conspectu augusti superavit.

P.D. III, 20. Pelagius papa Romanam regit ecclesiam; qui absque iussione principis ordinatus est, eo quod Langobardi Romam obsiderent nec posset quisquam progredi.

H. Fr. 34. Helpricus[e] rex descriptiones novas per consilium Fredegundis[f] in omni regno suo facit, ut unusquisque possessor de propria terra de uno arpenne[g] unam[h] amphoram vini ad partem regis reddat[i] et de iugere modium unum. Unde populus valde oppressus vociferabatur ad Dominum. Inmisit autem Dominus plagam in domo regis, et ipse egrotare coepit et duo filii eius mortui sunt. Rex per-

ib. 35. territus descriptiones combussit et tributum[k] indulsit. Post haec[l] cognovit uxorem suam, quae peperit filium, quem appellavit Clotharium[m]. Hic fuit postea rex magnus[n], qui genuit Dagobertum[o].

(582—603). ## 517—537.

Beda. Anno dominicae incarnationis DXVII. Mauricius regnavit

P.D. III, 15. annos[p] XXI[q]. Hunc Tiberius[r], sentiens sibi diem mortis imminere, una cum consilio Sophiae augustae ad imperium elegit; ornataque sua filia regalibus ornamentis eam[s] tradidit et[t] cum ea omne imperium.*

ib. III, 16. Langobardi, cum per annos X sub potestate ducum fuissent, regem super se statuunt Otharium[u] filium Clephonis; quem etiam ob dignitatem Flavium appellaverunt, quo prenomine Langobardorum reges usi sunt. *Duces, qui tunc erant, ob restaurationem regni omnem substantiarum suarum medietatem[v] regalibus usibus tribuunt, ut esse posset[w], unde rex ipse sive, qui ei aderant per diversa officia, alerentur[x]. * p. 549b.

ib. III, 17. Mauricius imperator Childeberto regi Francorum quinquaginta milia solidos per suos legatos direxit, petens, ut Langobardos de Italia exterminaret. Qui cum Francis Italiam intrat, Langobardi munera tribuunt et pacem cum eo faciunt. Imperator solidos requirit, sed ille suarum virium potentia fretus pro hac re nec[y] responsum reddidit.

ib. III, 21. Idem Childebertus bellum adversus Hispanos gerens eorum acies superavit. Causa huius certaminis ista[z] fuit. Childebertus Ingundam sororem suam Herminigildo[a] Levigildi[b] Hispanorum regis filio in coniugium tradiderat; qui Herminigildus predicatione Leandri episcopi Hispalensis[c] atque adhortatione suae coniugis ad catholicam fidem conversus fuerat. Quem pater impius[d] in ipso sacrato pascali[e] die securi percussit. Ingundis post mariti mortem, cum in Gallias repedare vellet, a piratis tenetur atque in Siciliam deducitur[f], ubi et moritur. Filius eius imperatori est transmissus. * p.

ib. III, 23. Eo tempore fuit aquae diluvium in finibus Veneciarum et Liguriae seu[g] in ceteris regionibus Italiae, quale post Noe tempus creditur non

ib. III, 24. fuisse. Subsecuta est statim pestis inguinaria, quae tanta strage populum devastavit, ut de inaestimabili multitudine pauci remanerent.

*) Temporibus Childeberti fuerunt Avitus et Carileffus abbates et Maximinus Aurilianensis[h] *add. B.*

a) apochrisarius *A* 2. b) l. u. *desunt A* 2. c) euthiciumque *A* 2; eutithiumque *B* 1; euticiumque *B* 2. d) dubitantem *A* 2. e) Helpericus *B* 1. 3. f) fredegundae *A* 2. g) apenne *B* 2. h) uno *B* 2. i) det *A* 2; dat *B* 2. k) tricbutum *B* 2. l) hoc *B* 2. m) clothorium *B* 1. n) regmanus *B* 2. o) qui genibertum *B* 2. p) *deest B* 3. q) XX *B* 2. r) tyberius *A* 2. s) ei *A* 2. t) et — imperium *desunt B* 3. u) clotharium *A* 2. v) meditatem *B* 2. w) esset unde posset *A* 2. x) uterentur *A* 2. y) ne *B* 1. z) *deest A* 2. a) herminigildi *A* 2. b) *deest A* 2. c) hispaliensis *B* 2. d) ipsius *A* 2. e) paschali *B* 2. 3. f) tenetur *A* 2. g) sive *B* 3. h) *quae verba cum in B* 3 *hoc loco, in B* 1 *infra post* alerentur, *in B* 2 *omnino non inveniantur, apparet ea in codice B margini ascripta fuisse.*

Hac peste Pelagius papa extinctus est[a]. In hac tribulatione Gregorius a cunctis generaliter papa electus est et in pontificali cathedra sublimatus.

Per idem tempus isdem Gregorius papa Augustinum, Melitium[b] et Iohannem cum aliis pluribus monachis timentibus Deum in Brittanniam misit eorumque predicatione ad Christum Anglos convertit. P.D. III,25.

Racharedus[1] rex Gothorum, frater Herminigildis martyris, per predicationem Leandri episcopi ad fidem catholicam convertitur. Gens Anglorum ad Christum convertitur, Edilbertus rex eorum baptizatur[c]. Beda.

Gregorius papa libros regulae pastoralis, quos in episcopatus sui exordio scripserat, libros etiam, quos in expositione beati Iob iamdudum Constantinopolim fecerat, supradicto Leandro episcopo[d] mittit; cui etiam pallium ex benedictione sancti Petri dirigit[2]. Coll. Hisp.

Mauritius imperator legationem ad Childebertum regem dirigit, mandans ei, ut, quod prius non fecerat, nunc[e] adimpleret, ut Langobardos[f] ab Italia removeret; qui exercitum in Italiam direxit, et commissa pugna cum Langobardis Francorum acies graviter attritae sunt. [Abrincatis Paternus episcopus nitescit, civis Pictaviensis[g]][3]. P.D. III,29.

Flavius rex Otharius Theodolindam Gerbaldi[h] Baioariorum[i] ducis filiam in coniugium accepit. Ib. III, 30.

Childebertus iterato in Italiam exercitum[k] Francorum cum XX ducibus ad debellandam[l] Langobardorum gentem[m] direxit. Qui per tres menses Italiam pervagantes plurima castra deposuerunt et innumerabilem multitudinem captivorum inde abduxerunt. Regem autem Otharium[n] nocere non potuerunt, qui intra Ticinensem urbem se communierat. Exercitus, quia tempus aestivum erat, propter inconsueti aeris incommoditatem dissinteriae[o] morbo graviter fatigatur et ob id in patriam redire compellitur. Ib. III, 31.

p. 549 b.

Tassilo super[p] Baioariam a Childeberto dux constituitur[4].

Otharius rex ad Guntramnum regem, patruum Childeberti[q], legatos misit, ut per eius nutum pax inter Childebertum[q] et eundem Otharium firmaretur. Erat autem iste Guntramnus rex pacificus, omni bonitate ornatus. Is, cum quodam die[r] venatum in silvam isset, ut solet fieri, hac illacque discurrentibus sociis ipse cum uno fideli[s] suo solus remansit; et gravi somno depressus caput[t] in genibus eius reclinato obdormivit. De cuius ore parvum animal egressum tenuem[u] rivulum[v], qui prope discurrebat, transire moliebatur. Tunc *is, in cuius gremio quiescebat, spatam suam eduxit eique ex ea pontem fecit. Per quem ad partem aliam transivit et in quoddam foramen montis ingreditur; et post paululum revertitur et per eandem spatam rivulum transiens in os Guntramni ingreditur. Statimque a somno excitatus miram se visionem vidisse testatur, asserens se quendam fluvium per pontem ferreum transisse et in quadam spelunca multum pondus auri aspexisse. Is[w], in cuius gremio dor- Ib. III, 34.

* p. 550 a.

a) Hac — est *desunt B* 2. b) mellitum *B* 2. c) Bapt. gens Angl. et ad Chr. conv. et Aedilb. rex eorum *B* 3. d) *deest A* 2. e) tunc *A* 2. f) longob. *B* 2 *abhinc semper.* g) Abr. — nitescit *desunt A* 2; pictavensis *B* 2; pictanensis *B* 3; civ. pict. nitescit *B* 2. h) gerbardi *B* 1. i) baioriorum *A* 2. k) exercitu *B* 3. l) ad debellandum *A* 2; addelbertum *B* 3. m) *deest B* 2. n) Regi autem Otharlo *A* 2. o) dissemteriae *B* 3. p) Tassilo dux baioariam *B* 3. q) chidebertum *B* 1. r) Is quodam die cum *A* 2. s) fidele *A* 2. t) capud *B* 3. u) tenuum *B* 2. v) nullum *A* 2. w) *deest A* 2.

1) Richardus *Beda*, Reccaredus *Coll. Hisp. n.* 100. 2) *Ex Collectione Hispana II, n.* 98 *et* 99. 3) *Ex Vita Paterni (auctore Venantio Fortunato MG. Auct. ant. IV*, 2, 33—37*).* 4) *Conf. Paul. Diac. IV*, 7; *ubi Tassilo rex dicitur.*

mierat, cum rem per ordinem retulisset, effossus est locus et[a] inaestimabiles thesauri reperti sunt. De quo auro ciborium solidum mirae magnitudinis et magni ponderis fecit et[b] supra corpus sancti Marcelli martiris in civitate Caballonis[c] poni fecit[b]; nec est usquam ullum opus ex auro effectum, quod ei valeat comparari.

H. Fr. 35. Nec[d] post multum tempus idem rex, cum thesauros suos ecclesiis ac pauperibus erogasset, moritur et in eadem basilica
ib. 36. 37. sepelitur. Regnum eius Childebertus et filii eius optinuerunt.

V. Goar. Per idem tempus venit sanctus presbiter Goar ex Aquitania et in territorio Treverensi in pago Trigorio supra ripam Rheni[e] et rivulum, qui Wochara dicitur, oratorium in honore[f] sanctae Dei genitricis construens orationibus, elemosinis et predicatione verbi insistens plenus virtutibus in eodem loco quievit[1].

H. Fr. 35. Circa haec etiam[g] tempora Helpricus rex insidiis suae coniugis Fredegundis, cum de venatione rediret, interficitur et
ib. 36. Parisius[g] in basilica sancti Vincentii sepelitur. Clotharius adhuc puer a matre et Landrico, qui tunc maior domus erat, in regnum sublimatur. Audiens Childebertus avunculum mortuum, regnum illius occupare nititur et cum[h] inmenso exercitu Francorum et Burgundionum iuxta Suessionis[i] civitatem venit, ubi eis Fredegundis cum Landrico duce occurrit; et pugna commissa exercitus Childeberti graviter cesus fugit.

ib. 37. Post idem Childebertus moritur; habebat autem[k] duos filios, unum ex concubina, nomine Theodobertum, qui maior natu erat, alterum ex regina, nomine Theodoricum. [Huius regis maior domus fuit sanctus Arnolfus[1]][2]. Theodobertus regnum patris optinuit, Theodoricus regnum Guntramni, id est[m] Burgundiam, cum avia sua Brunichilde. Post haec[n] bellum inter Clotharium[o] et Theodericum[p] oritur super fluvium Aroana tantaque cedes de utroque populo facta est, ut ipse alveus cadaveribus hominum repletus[q] magis cruorem quam aquam fundere videretur. In predicto, ut aiunt, certamine visus est angelus Domini evaginatum gladium super populum tenens.

V. Columb. His[3] temporibus sanctus pater Columbanus ex Hibernia[r] cum beato Gallo et aliis probatissimis discipulis in Burgundiam venit ibique permittente Theoderico rege[s] monasterium, quod Luxovium dicitur, aedificavit. [Post[t] sanctum Columbanum in Luxovium Attalus abba efficitur.] Exinde a Brunichilde fugatus[*] Alamanniam ingressus est, ubi sanctum Gallum discipulum suum reliquit[4]. Ipse vero in Italiam transiens monasterium, quod Bovium[u] dicitur, aedificavit, ubi et multorum pater extitit monachorum.

*) beatus Columbanus *add. A.*

a) effossus locus et *corr.* effosso loco *A* 2. b) et supra — fecit *desunt B* 3. c) cabillonis *A* 2. d) Non *A* 2. *B* 3. e) reni *B* 2. f) horatorium in onore *B* 2. g) *deest A* 2. h) nit., nunc inm. *A* 2. i) sessionis *B* 1; suesionis *B* 3. k) *deest A* 2. l) arnulfus *A* 2. *B* 3. m) id *B* 2; idem *B* 3. n) hoc *A* 2. o) clotarium *B* 1; chlotharium *B* 2. p) theoricum *B* 1. q) plenus *A* 2. r) ibernia *B* 1. 3. s) rege theod. *B* 2. t) Post — efficitur *desunt B* 2. u) bobium *A* 2; bovio *B* 1. 3.

1) *Vita Goaris auctore Wandalberto in Act. SS. Iul. II,* 327. 2) *Ex Vita Arnulfi (MG. SS. rer. Merov. II,* 426—446) § 4: ut sex provinciae, quas et tunc et nunc totidem agunt domestici, sub illius amministratione solius regerentur arbitrio; § 8: sic deinceps episcopales gestans infulas, ut etiam domesticatus solicitudinem atque primatum palatii ac si nolens teneret. 3) *Vita Columbani auctore Iona apud Mabillon, 'Acta SS. ord. Bened.' II,* 5 *sqq.* 4) *Cf. Vitam S. Galli MG. SS. II,* 1—21.

Per idem tempus rex Otharius moritur, et Agilulfus dux Taurinatium accepta Theudelinda[a] regina in coniugium super Langobardos in regem elevatur. Quibus Gregorius papa de pace inter Langobardos et Romanos conservanda multa scribit. Predictae etiam reginae quatuor libros, quos de vita sanctorum composuit, transmisit. Quem codicem dialogorum[1], id est duorum locutionem[b], quia eum colloquens cum suo diacono Petro ediderat, appellavit. Per hanc reginam multum utilitatis ecclesia consecuta est. Agilulfus[c] cum Theodorico rege Francorum perpetuam pacem fecit[d]. P.D.III,35. ib. IIII, 8. ib. IIII, 5. ib. IIII, 6. ib. IIII, 13.

Coenobium sancti Benedicti abbatis a Langobardis noctu invaditur, monachi Romam petierunt, secum codicem sanctae regulae nec non[e] pondus panis et mensuram vini deferentes. ib. IIII, 17.

Mauritius imperator cum filiis suis Theodosio, Tiberio et Constantino, a Focate[f], qui fuit strator Prisci patricii, occiditur. ib. IIII, 26.

538—545. (603—610).

* p. 550 b. *Anno dominicae incarnationis DXXXVIII. Focas[g] regnavit annos VIII[g]. Beda.

Huius secundo anno Gregorius papa migravit ad Dominum, cui in pontificatu[h] Sabinianus successit. Quo defuncto Bonifacius papa constituitur. Hic optinuit apud Focatem[i] principem, ut sedes apostolica caput[k] esset omnium ecclesiarum, quia ecclesia Constantinopolitana primam[l] se omnium ecclesiarum scribebat. Hic menses VIII et dies XX[2] in cathedra residens perrexit ad Dominum. In cuius loco iterum[m] Bonifacius consecratur. Hic petiit Focatem[f], ut in veteri fano[n], quod Pantheon[o] vocabatur, quod a Domitiano caesare fuerat constructum, ecclesiam sibi consecrari liceret; quod annuit imperator. Post hunc Deus- dedit in pontificatu sublimatur. P.D.IIII,29. G. p. R. P.D.IIII,36. G. p. R.

Eleutherius patricius et cubicularius imperatoris in Neapoli civitate interfecit[p] Iohannem tirannum. P.D.IIII,34.

Persae adversus rempublicam gravissima bella gerunt et Ierosolimam[q] intrantes vexillum dominicae crucis absportant[s]. Anastasius monachus inlustre martirium pertulit. Nam a Persis multa pro Christo perpessus ad extremum a Chosdroe[s] rege eorum decollatur cum aliis LXX. Beda.

In Francia inter Theodericum et Theodobertum fratres instigante Brunichilde[t] avia gravissimum oritur bellum, eo quod Theodobertus non legitimus heres regni diceretur, quia de pelice erat natus; et apud Tulpiacum[u] castrum summis viribus decertatum: Theodebertus terga vertit et Coloniam fugit. Inde abstractus et a fratre attonsus clericus efficitur et non post multum ab eodem fratre trucidatur et duo filii eius interficiuntur. H. Fr. 38.

Post haec prefatus Theodericus fraude Brunichildis veneno periit[v], duo filii eius a Brunichilde interficiuntur. Regna, quae prefati reges tenuerant, in potestate[w] Clotharii transeunt.* ib. 39. ib. 40.

*) Senonis Lupus episcopus virtutibus fulget *add. B* 3.

a) theodelinga *A* 2; theudelinga *B* 2. b) locutionum *B* 2. c) Gilulfus *B* 1; Egilulfus *B* 3. d) facit *B* 1. 3. e) nec non et *A* 2. f) focato *B* 1. 2. g) Focas — VIII *desunt B* 3. h) pontificatum *B* 2. i) te *deletum B* 2. 3. k) capud *B* 3. l) prima *B* 1. m) it *B* 2; *deest A* 2. n) phano *A* 2. *B* 3. o) patheon *B* 3. p) interficit *B* 3; *deest A* 2. q) hieros. *B* 1. 3. r) asportant *B* 2. s) chosroe *B* 1. 3; cosdroe *B* 2. t) brunchilda *B* 2. u) talpiacum *B* 1. v) perit *B* 1. w) potestatem *B* 2.

1) dialogum *Paulus.* 2) XXII *Gesta pont.*

Brunichildis propter multa maleficia[a], quae perpetrarat, iussu Clotharii[b] equorum indomitorum caudis[1] religata discerpitur.

P.D.IIII,41. Agilulfus[c] rex Langobardorum moritur et Rodoaldus[2] filius eius in regnum stabilitur.

(610—641). **546—571.**

Beda. Anno dominicae incarnationis DXLVI. Heraclius[d] regnavit
Ado. annos XXVI. Qui adversus Persas bellum adgressus occiso Chosdroe[e] eorum rege Persas in deditionem accepit[f] et lignum sanctae crucis Ierosolimam[g], unde sublatum fuerat, cum magna veneratione restituit[3].

G. p. R. Bonifacius tertius[4] et Honorius, Severinus[h] et Iohannes Romanam regunt ecclesiam.

Beda. Heduin[i] rex Anglorum predicante Paulino episcopo ad Christi fidem[k] cum sua gente convertitur. Honorius papa Scottos[l] in observatione paschae errantes per epistolam redarguit, similiter et Iohannes successor Severini facit.

P. D. VI, 16. Per idem tempus fuit maior domus in palatio Clotharii[m] regis Arnulfus, vir, ut postmodum claruit, Deo amabilis, qui post gloriam seculi
G. Dag. 2. Christi se servitio subdens mirabilis in episcopatu extitit. Huic Dagobertus filius Clotharii[m] in annis puerilibus positus traditus est a genitore, ut[n] eum secundum suam sapientiam enutriret eique tramitem
ib. 6. christianae religionis ostenderet[n]. Hic, postquam ad virilem aetatem pervenit, Sandragisilum ducem Aquitaniae[o] et percarum consiliarium patris, eo quod se quadam contumatia despiceret, verbe-
ib. 7. ribus affecit et barbae rasione deturpavit. Quod cum pater cognovisset, eum ad supplicia requirit. Ille furorem patris timens in basilicam[p] sanctorum Dionisii[q] et sociorum eius
ib. 8-10. confugit eorumque tutelam supplex exposcit. Quorum suffragantibus meritis a nullo potuit inde extrahi, quousque com-
ib. 11. missum facinus pater indulgeret. Unde et illum potissimum pre ceteris[r] dilexit locum, ubi[s] postmodum ingentia dona con-
ib. 14. tulit et numerosa predia dedit. Post haec Dagobertus cum Pippino
V. Arn. 17. duce in Austria regnaturus a patre dirigitur et sancti Arnulfi Metensis episcopi consiliis[t] commendatur.

P.D.IIII,42. Rodoaldo[5] Langobardorum rege mortuo Rotharius eidem regno preficitur.

(641—643). **572—574[6].**

Beda. Anno dominicae incarnationis DLXXII. Heraclones[u] filius Heraclii cum matre sua Martina regnavit annos II[v]. *Cirus Alexan- * p. 551a.
driae, Sergius et Pirrus regiae urbis episcopi unam operationem in Christo divinitatis et humanitatis et unam voluntatem dogmatizant et ob hoc a Theodoro papa et aliis episcopis condempnati sunt.

G. Dag. 14. Dagobertus filius Clotharii cum Saxonibus dimicans graviter ab eis vulneratur patremque per legatum in auxilium

a) mala *A* 2. b) chlotharii *B* 2; cloth. regis *B* 1. 3. c) Gilulfus *B* 1; Egilulfus *B* 3. d) herachlius *B* 2. e) chosroe *B* 1. 3; cosdroe *B* 2. f) recepit *A* 2. *B* 3. g) hieros. *B* 1. 3. h) severius *A* 2. *B* 3. i) heduinus *B* 2. 3. k) ad fidem Chr. *A* 2. l) scothos *A* 2. m) chlotharii *B* 2. n) ut ei viam chr. rel. ostenderet *B* 3. o) aquitane *B* 2. p) basilica *B* 1. 3. q) dyonisii *A* 2. r) pre cet. *desunt B* 2. s) *deest A* 2. t) sancto arnulfo metensi episcopo cum filiis *A* 2. u) Heraclonus *A* 2. v) annis duobus *A* 2.

1) *Conf. Vitam Columb. c.* 28; pedibus ligata *Hist. Franc.* 2) *Adaloaldum Agilulfi filium illi successisse, sed paulo post ab Arioaldo regno pulsum esse Paulus narrat.* 3) *Ado XVIII. Kal. Oct.* 4) *Scilicet post duos Bonifacios paulo supra commemoratos: revera fuit quintus.* 5) Arioald *Paulus.* 6) 574 = 572 + 2; *cf. a.* 263.

vocat. Qui festinus cum exercitu advenit et interfecto eorum duce[a] Bertaldo[b] ita Saxones armis perdomuit, ut omnes virilis sexus eiusdem terrae incolas, qui gladii, quod tunc forte gerebat, longitudinem excessissent, peremerit.

Circa haec tempora Sisenandus[c] et post eum Chintilla[d] in Hispania regnaverunt. Horum temporibus sinodus bis habita est in urbe Toletana [1], ubi plurima de fide catholica et religione christiana promulgata sunt et scripto roborata. Sub his[e] etiam regibus Isidorus[f] Hispalensis[g] ecclesiae episcopus floruit, nulli modernorum doctorum postponendus, qui multa de fidei regulis ecclesiasticisque disciplinis disputavit. Coll. Hisp.

Per idem tempus coniux regis Persarum, nomine Cesara, pro Christi amore privato habitu Constantinopolim[h] venit[i] et post aliquos[k] dies baptizata[l] ab augusta[m] de sacro fonte levata est. Quam vir eius requirens cum sexaginta[n] militaribus[2] viris pacifice Constantinopolim ad imperatorem[o] venit; a quo satis digne susceptus cum omnibus, quos secum adduxerat, baptizatus est et ab augusto de fonte levatus; multisque muneribus honoratus accepta coniuge ad patriam repedavit. P. D. IIII, 50.

575. (641).

Anno dominicae incarnationis DLXXV. Constantinus filius Heraclii, frater Heraclonae, regnavit mensibus VI[3]. Pirri successor Paulus non tantum vesana doctrina sicut decessores eius, sed et aperta persecutione catholicos cruciat; ob hoc et ipse sicut predecessores[p] eius a sede apostolica dampnatus est. Beda.

576—604[4]. (641—668).

Anno dominicae incarnationis DLXXVI. Constantinus[5] filius Constantini filii Heracliii[q] regnavit annos[r] XXVIII. Hic a supradicto Paulo deceptus hereticus efficitur exposuitque tipum adversus catholicam fidem, nec unam nec duas voluntates aut operationes in Christo definiens esse confitendas, quasi nihil velle vel operari credendus sit Christus. Unde a Martino papa et CV episcopis sub anathemate dampnati sunt supra nominati episcopi. Hac de re idem Martinus papa in exilium mittitur apud Cersonam ibique moritur; ubi etiam miraculorum gloria fulget. Eugenius papa constituitur, quo vita decedente Vitellianus[6] in eius loco subrogatur. Beda. G. p. R.

Rothario Langobardorum[s] rege mortuo Grimaldus vir strenuus regnum optinuit[7]. P. D. IIII, 51.

p. 551 a.

a) duce eorum *A* 2. b) bertallo *B* 1. c) sisemandus *B* 3. d) chitilla *corr. B* 1. e) Subdis *B* 1. f) hisidorus *A* 2. g) ispalensis *B* 3. h) in const. *A* 2. i) venit const. *B* 2. k) aliquot *A* 2. l) babtizata *B* 1. m) augusto *B* 2. n) XL *B* 1. 2. o) ad imp. *desunt B* 2. p) prodecessores *B* 1. q) eraclii *A* 2. *B* 2. r) annis *A* 2. s) langobardo *A* 2.

1) *Concilium Toletanum quartum* regnante domino nostro glorioso principe Sisenando, *cuius actis subscripsit* Isidorus in Christi nomine ecclesiae Hispalensis metropolitanus, *et sextum* gloriosi Chintilani regis salutaribus hortamentis *convocatum; v. Collect. Hisp. I.* 2) milibus *Paulus* (militibus *codd. G* 1—4; militaribus *G* 5 *a*). 3) *Qui pro pleno anno numerantur. Constantinus III. cum Heracleona regnavit et ante illum mortuus est.* 4) 604 = 576 + 28; *cf. a.* 263. 5) *Constans II. filius Constantini III.* 6) Vitalianus *Gesta pont.* 7) *Rothario Rodoaldus (Paulus IV, 47), Rodoaldo Aripertus (ib. 48), Ariperto Perctarit et Godepertus successerunt. Quorum altero expulso, altero interfecto Grimualdus regnum obtinuit.*

G. Dag. 15. Per idem tempus Clotharius[a] rex Francorum moritur et suburbano Parisius in basilica sancti Vincentii sepelitur. Dagobertus
ib. 16. monarchiam totius imperii optinuit, excepto quod fratri suo Heriberto[1] citra Ligerim et limitem, quo tenditur partibus Wasconiae, pagum scilicet Tolosanum, Caturcinum[b], Aganensem[c], Petrogoricum[d] et Sanctonicum vel, quod ab his versus Pireneos[e] montes excluditur, concessit.

P. D. V, 2. Grimaldus rex Bertarium virum potentem persequitur. Quem idem rex in sua fide suscipiens[f], adulatorum et detrahentium linguis stimulatus, dolo occidere meditatur. Sed industria Hunoldi[2] fidelissimi satellitis per murum Ticinensem[g] fune depositus in Franciam ad Dagobertum[h] fugit[i] mortisque periculum evasit.

ib. V, 30. Per idem tempus Theodorus archiepiscopus et Adrianus abba doctissimus a Vitelliano papa missi sunt in Brittanniam[k] plurimasque ecclesias Anglorum doctrinae aecclesiasticae fruge fecundarunt. E quibus Theodorus archiepiscopus peccantium iudicia, quantis scilicet annis pro uno quoque peccato quis penitere debeat, mirabili et discreta consideratione describit.

ib. V, 6. His diebus Constantinus augustus Italiam a Langobardorum manu eripere cupiens Constantinopolim egressus Athenas[l] venit, inde mare
ib. V, 7. transgressus Tarentum applicuit. Inde Beneventum[3] intravit omnesque pene civitates Langobardorum, per quas venerat, cepit. Luceriam[m] usque ad solum prostravit. Deinde Beneventum cum omni exercitu cir- * p. 551 b.
ib. V, 8. cumdedit, ubi Rumaldus filius Grimaldi regis se incluserat[n]. Impe-
ib. V, 9. rator, accepta obside predicti Romaldi[o] sorore, soluta obsidione Nea-
ib. V, 11. polim proficiscitur. Inde[p] Romam perrexit; cui sexto ab urbe miliario Vitellianus papa cum sacerdotibus et populo Romano occurrit. Qui optulit beato Petro pallium auro textile; et manens apud Romam diebus XII omnia, quae fuerant antiquitus instituta ex aere in ornamentum civitatis, deposuit in tantum, ut etiam basilicam beatae Mariae, quae aliquando Pantheon[q] vocabatur, discooperiret tegulasque aereas inde auferret. Post haec Neapolim reversus itinere terreno[r] perrexit civitatem Regium[s] ingressusque Siciliam habitavit in Siracusa. Mansit autem in Sicilia VI annos[t.4]; ubi post plurimas et inauditas de-
ib. V, 12. predationes in balneo a suis extinctus est. Post huius mortem Mezecius in Sicilia regnum arripuit, sed absque orientalis exercitus voluntate[u]. Contra quem Italiae milites, alii per Istriam[v], alii per Campaniam, alii vero a partibus[w] Africae[x] et Sardiniae [venientes[y] in] Siracusas, eum vita privarunt. Constantinopolim caput[z] falsi imperatoris deportatum est.

ib. V, 13. Haec audiens gens Sarracenorum[a], quae iam Alexandriam et Egyptum[b] pervaserat, subito cum multis navibus venientes Siciliam invadunt, Siracusas ingrediuntur multamque[c] stragem faciunt populorum, auferentes quoque predam nimiam et omnem illum, quem Constantinus a Roma abstulerat, ornatum in aere et diversis speciebus, ad[d] Alexandriam reversi sunt.

a) chloth. *B* 2. b) catercinam *A* 2. c) angavensem *B* 3. d) petrogiricum *A* 2. e) pyrineos *A* 2. f) suspiciens *B* 2. 3. g) ticinonsem *B* 2. h) dagabertum *B* 2. i) fugiit *A* 2. k) in brittannia *A* 2. l) anthenas *B* 3. m) lucenariam *B* 2. e) inclauserat *A* 2. *B* 1; incl. se *B* 3. o) rumaldi *B* 2. p) indeque *A* 2. q) panteon *B* 2. r) tyrreno *A* 2. s) regiam *A* 2. t) annis *A* 2. u) voluntatem *A* 2. v) histriam *A* 2; hystriam *B* 3. w) parentibus *B* 3. x) affricae *B* 3. y) venientes in *desunt in codd., ex Paulo suppleta.* z) capud *B* 3. a) saracenorum *B* 3. b) egyptum et alex. *B* 2; egiptum *A* 2. c) que *deest B* 3. d) *deest A* 2. *B* 3.

1) Hairb. *Gesta Dag. semper.* 2) Unulfus (Hunulfus) *Paulus.* 3) Beneventanorum fines *Paulus.* 4) ab indictione septima usque in duodecimam *Paulus.*

605—611. (668—685).

Anno dominicae incarnationis DCV. Constantinus filius Constantini superioris augusti regnavit annos[a] XVII. Donus[b] papa[1] apostolicam sedem tenet; quo defuncto Agatho papa ordinatur. Beda. G. p. R.

Constantinus augustus CL episcopos congregari fecit in urbe regia[2], inter quos etiam fuerunt legati sanctae Romanae ecclesiae missi ab Agathone papa, Iohannes diaconus et Iohannes Portuensis[c] episcopus. Qui omnes heresim dampnaverunt, quae unam operationem et voluntatem in domino Iesu Christo asseverabat. Ea hora tantae aranearum telae in medio populi ceciderunt, ut omnes mirarentur; ac[d] per hoc significatum est, quod sordes hereticae pravitatis depulsae essent. Et Georgius quidem patriarcha Constantinopolitanus[2] correctus est, ceteri vero in sua defensione perseverantes anathematis[e] sunt ultione percussi. Recta autem fides et vera haec est, ut in domino nostro Iesu Christo, sicut duae sunt naturae, hoc est dei et hominis, sic etiam duae credantur esse voluntates sive operationes. P. D. VI, 4.

His temporibus solis eclypsis facta est V. Non. Mai. moxque subsecuta est gravissima pestis tribus mensibus Iulio, Augusto[f] et Septembri. Tunc visibiliter multis apparuit, quia bonus et malus angelus noctu per civitatem pergerent[g], et ex iussu boni angeli malus angelus, qui videbatur venabulum manu ferre, quoties[h] de venabulo hostium cuiuscumque domus percussisset, tot de eadem[i] domo sequenti die homines interirent. ib. VI, 5.

Per idem tempus Dagobertus rex Brunulfum avunculum Heriberti fratris sui propter infidelitatem suam interfici[k] iussit; qui ab Amalgario et Arneberto[l] ducibus et Willibado[m] patricio interfectus est. G. Dag. 21.

Post discessum igitur beati Arnulfi adhuc consilio Pippini maioris[n] domus et Cunichberti[o.3] pontificis urbis Coloniae[p] Dagobertus utens, ab ipsis fortiter admonitus, prosperitatis et iustitiae amorem complexus, universarum sibi gentium subditarum favoribus extollebatur. Habuit filium ex quadam puella nomine Regintruda[q.4], quem frater eius Heribertus Aurelianis[r] veniens de sacro fonte suscepit[s]. Namque dum eundem puerum Amandus episcopus benediceret eumque caticuminum faceret, finita oratione cum nemo respondisset Amen, aperuit Dominus os[t] pueri, qui non amplius quam XL dies habebat, et cunctis audientibus respondit Amen. Vocatus est idem *puer Sigibertus. ib. 22. ib. 24. * p. 552a.

[Arnulfus episcopus et Romaricus abba clari habentur[u].] Vita Arn.

Eo anno legati regis Dagoberti Servatus et Paternus a Constantinopoli[v] regressi sunt, petiitque imperator Dagobertum, ut omnes Iudeos regni sui secundum fidem catholicam baptizare preciperet aut de regno expelleret, siquidem in siderum signis cognoverat, quod a circumcisis gentibus divino nutu eius imperium esset vastandum. Et rex quidem hoc[w] summo[x] peregit studio, sed imperatori non de Iudeis, sed de Sarracenis circumcisis[y] fuerat demonstratum. G. Dag. 24.

Post haec Heribertus moritur relinquens filium parvulum nomine Helpricum[5], qui etiam paulo post moritur. Regnum, quod tenuerat, ad Dagobertum transiit. ib. 25.

Grimaldus[z] rex Langobardorum cum Dagoberto pacis firmissimae foedus iniit[a]. Quod cum profugus Bertarius cogno- P. D. V, 32.

a) annis *A* 2. b) Domus *B* 2. c) patuensis *A* 2. d) et *B* 2. 3. e) anathemati *B* 3. f) et augusto *A* 2. g) pergens *codd.* h) quotiens *A* 2. i) eodem *B* 2. k) infici *B* 1. l) et a heriberto *A* 2. m) uillibado *B* 2. n) maior *B* 2. o) chuniberti *A* 2; chunichberti *B* 3. p) ubscolone *B* 2. q) regindruda *B* 1; regindrudam *B* 3. r) aurilianis *B* 1. s) quem vocavit Sigibertum *B* 3, *omissis verbis* frater—suscepit. t) hos *B* 3. u) habebantur *B* 1. v) a constantinopolim *B*. w) haec *A* 2. x) summo hoc *B* 2. y) *deest B* 2. z) Crimaldus *B* 1. a) init *B* 1. 3.

1) *Adeodatus temere omittitur.* 2) *Ex Gestis pont. Rom.* 3) Chunib. *Gesta Dag.* 4) Ragnetrudem *Gesta Dag.* 5) Chilbericum *Gesta Dag.*

visset, metuens Grimaldum, egressus a Gallia ad Brittanniam in-
P. D. V, 33. sulam properare disponit[a].*. Interea Grimaldus moritur, cumque iam Bertarius navim ingressus aliquantum per[b] pelagus navigasset, vox a litore audita est: 'Revertatur Bertarius in patriam suam, quia tertius dies est hodie, quod[c] Grimaldus rex[d] mortuus est.' Qui statim
ib. V, 35. reversus regnum Langobardorum optinuit atque Cunichbertum[e.1] filium suum consortem regni facit.

G. p. R. Agathone papa decedente Leo iunior locum eius obtinuit; post hunc Benedictus ordinatur.

G. Dag. 27. Dagobertus rex cum Sclavis conflixit eosque superavit,
ib. 36. quibus preerat tunc[f] dux nomine Samo. Wascones etiam rebel-
ib. 28. lantes[g] ferro conpescuit. Huni et Vulgares[h.2] inter se prelia conserunt. Huni Vulgares superant: qui devicti et de Pannonia expulsi novem milia cum uxoribus et liberis regem Dagobertum expetunt, terram ad manendum requirunt. Quos rex ad hiemandum in[i] Baioariam recipere precepit dispersosque per domos omnes una nocte cum mulieribus et liberis interficere fecit.

ib. 29. Circa[k] haec tempora defuncto Sisebodo rege Hispaniae Sisenandus quidam ex proceribus Dagobertum regem expetiit, ut ei auxilium ferret, quatinus regnum Hispaniae optinere posset; in huius[l] beneficii recompensatione missorium aureum regi dare[m] promittit, pensantem[n] auri pondera quinquaginta. Rex exercitum misit cum Abundantio[o] et Venerando ducibus regnumque viribus Francorum Sisenandus optinuit. Missorium Gothis contradicentibus non transmisit, sed ducenta milia solidos pro missorio regi Dagoberto persolvit; quod argentum rex sancto Dionisio[p] dedit.

Beda. Hediltrudis[q.3] regina et virgo apud Anglos clara habetur.

P. D. VI, 10. Gens Sarracenorum ex Aegypto in Africam cum nimia multitudine pergens, obsessam Cartaginem cepit et crudeliter depopulatam ad solum usque prostravit.

(685—695).

612—631[4].

Beda. Anno dominicae incarnationis DCXII.[r] Iustinianus minor,
G. p. R. filius Constantini, regnavit annos[s] X. Iohannes, Conon et Sergius
P. D. VI, 11. Romanam regunt ecclesiam.*. Iustinianus Africam a Sarracenis abstulit et cum eisdem pacem terra marique fecit. Hic Sergium pontificem, quia in errore[t] illius sinodi, quam Constantinopolim fecerat, favere et subscribere noluit, misso Zacharia protospatario suo Constantinopolim deportari iussit: sed militibus repugnantibus iussa principis perficere non potuit.

ib. V, 36. Adalgisus[5] tyrannus, dux Tridentinae civitatis, adnitentibus
ib. V, 38. Aldone et Grausone Brixianis[u] civibus et aliis multis ex Langobardis, contra Cunichbertum[v] regem rebellat[w] eumque de regno ex-
ib. V, 41. pellit[x]. Sed resumptis viribus Cunichbertus[y] prefatum tyrannum in prelio interficit.

*) Bituricas Sulpitius episcopus agnoscitur *add. B* 3.

**) Kilianus[z] episcopus Wirziburgensis[a], Arnval eius discipulus clarescit *add. B*.

a) disposuit *A* 2. b) *deest B* 1. c) quo *A* 2. d) *deest A* 2. e) chunibertum *A* 2 (*at* cunichberto *Ann. Magd.*); cunibertum *B* 1; cunichberti *B* 3. f) tunc preerat *A* 2. g) debellantes *B* 2. h) bulgares *A* 2. i) *deest B* 2. k) Carca *B* 2. l) cuius *B* 3. m) *deest B* 2; se dare *A* 2. n) pensanti *B* 3. o) habund. *B* 1. 2. p) dyonisio *A* 2. *B* 2. q) ediltrudis *B* 2. r) DXII. *codd.* s) annis *A* 2. t) quia nerone *B* 2. u) bristanis *B* 3. v) chunib. *A* 2. w) debellat *B* 2. x) exuellit *B* 2. y) Chunigb. *A* 2. z) Kylianus *B* 2; Kil.—clarescit *desunt B* 1. a) uuirzigburgensis *B* 3.

1) Cunincpert *Paulus*. 2) Chuni, Bulgari *Paulus*. 3) Aedilthruda *Beda*. 4) *Viginti annos pro decem Regino huic tribuit*. 5) Alahis (Alachis) *Paulus*.

Dagobertus rex Mettis veniens cum consilio pontificum et procerum filium suum[a] Sigibertum in regno Austriae sublimat eumque Cunichberto[b] episcopo Coloniensis ecclesiae et Pippino[1] duci commendat.* G. Dag. 31.

* *p.* 552*b*. *Sequenti anno ei filius natus est ex Nantilde[c] regina, quem Ludowicum[d] appellavit; cui regnum Neptricum atque Burgundiae dandum post suum discessum denominavit[e]. ib. 32.

Post haec idem Dagobertus[f] moritur et in basilica sancti Dionisii sepelitur: fuit autem providus in consilio, cautus[g] in iudicio, strenuus in militari disciplina[g], largus in elemosinis, studiosus in componenda pace ecclesiarum et precipue devotus in ditandis sanctorum coenobiis. Qui quamvis omnia loca sancta[h] excoluisset, tamen pre ceteris monasteria sanctorum Dionisii, Martini atque Mauricii excoluit et omni ecclesiastica dignitate nobilitavit. Regnum eius, sicut ipse vivens diviserat, filii eius tenuerunt. Ega maior domus cum Nantilda regina regnum Ludowici administrat. ib. 42. ib. 43. ib. 42. ib. 44. ib. 46. ib. 45.

Circa haec tempora, cum in castro Cassino vasta solitudo existeret, venientes de Celmanicorum[i] vel Aurelianensium regione Franci venerabilis patris Benedicti eiusque germanae Scolasticae[k] corpora auferunt, et in suam patriam absportant. Corpus sancti Benedicti in territorio Aurelianensi[l] in monasterio, quod vocatur Floriacus[m], sepultum est. Porro sanctae Scolasticae in partibus Cenomanensium[n] religiosorum devotione conditum[2]. P. D. VI, 2. Ado.

Rege Cunichberto[o] mortuo de regno Langobardorum inter principes magna fit controversia, plurimi interficiuntur, nonnulli excecantur; mulieres etiam, quae se reginas fore iactaverant, naso et auribus abscisis deturpantur: ad extremum Heribertus[3] dux Taurinensium regnum optinuit. P. D. VI, 17—21. ib. VI, 22.

632—634. (695—698).

Anno dominicae incarnationis DCXXXII.[p] Leo augustalem dignitatem arripiens Iustinianum regno privavit eumque exsulem in Ponto servavit regnumque Romanorum tribus annis rexit. P. D. VI, 12.

Sergius[q] papa in sacrario beati Petri apostoli magnam portionem ligni dominicae crucis reperit, quae ex tempore illo ab omni populo in basilica Constantiniana die exaltationis eius osculatur ac adoratur. In Brittannia[r] Cudbertus[s] Lindisfarnensis ecclesiae episcopus clarus habetur; in Galliis Audoenus Rotomagensis, Eligius[t] Noviomensis[u.4], Sulpicius[v] Bituriacensis[w] episcopi clari habentur. His etiam temporibus venerabilis vir Willibrordus[x] cognomento Clemens, Beda. G. Dag. 51. Beda (Iust.)

*) Nuvellae[y] Gerdrudis filia Pippini et Treveris[z] Modesta clarescunt *add. B.*

a) *deest A* 2. b) chunigberto *A* 2; cuniberto *B* 2; chuceniberto *B* 3. c) nantilda *A* 2. d) ludovicum *B* 1. e) nominavit *B* 2. 3. f) dagabertus *B* 2. g) cautus — disc. *desunt B* 3. h) sancta loca *A* 2. i) cinnomannicorum *A* 2. k) solasticae *B* 1. l) aurilianensi *B* 3. m) florianus *B* 1. n) cinnomanensium *A* 2. o) chunib. *A* 2; cunib. *B* 2. p) DXXXII. *codd.* q) Serius *B* 1. r) britannica *B* 1. s) chunigb. *A* 2. t) elegius *B* 3. u) novimensis *B* 2. v) sculpicius *B* 2. w) bituricensis *A* 2; bituriaccensis *B* 2. x) uuillebodus *A* 2; uuillibordus *B* 1. y) nivella *B* 3; Nuvellae — clarescunt *desunt B* 2. z) mettis *B* 3.

1) Adalgisum ducem palatii instituit *Gesta Dag.* 31; *sed infra c.* 46 *cum Chuniberto pontifice Pippinus maior domus saepius dicitur.* 2) *Ado V. Id. Iul.* 3) Aripert *Paulus.* 4) *Cf. Vitam Eligii (D'Achery, Spicilegium V,* 176), *'Neues Archiv' XV,* 317.

de Brittannia gentis Anglorum ob gratiam evangelii[a] in Gallias transiens a Sergio papa episcopus Fresonum consecratur atque in eandem gentem ad predicandum[b] dirigitur.

(698—705).

635—641.

P. D. VI, 13. Anno dominicae incarnationis DCXXXV.[c] Tiberius regn. annos[d] VII. Hic contra Leonem insurgens regnum eius invasit eumque toto, quo ipse regnavit, tempore in eadem civitate in custodia tenuit.

Beda. Gisulfus dux[e] Beneventum et Campaniam igne, gladio et captivitate vastavit. Iohannes Romanam regit ecclesiam: hic universos captivos, quos Gisulfus ceperat, redemit atque Langobardos domum redire fecit. Cui successit alius Iohannes.

G. Dag. 52. Ludowicus rex corpus beati Dionisii[f] discooperiens minus religiose, licet cupide, os[g] brachii eius[h] fregit et rapuit: confestimque stupefactus in amentiam incidit et post duos annos vitam cum regno finivit.

P. D. VI, 14. Hoc tempore sinodus Aquileiae facta ob imperitiam fidei quintum[i] universale concilium suscipere diffidit[k]; quae sinodus facta fuerat temporibus Vigilii[l] papae contra hereticos, qui beatam Mariam solum hominem, non deum et hominem genuisse adfirmabant. In qua sinodo catholice institutum est, ut Maria semper virgo theotocos diceretur, quia non solum hominem, sed vere deum et hominem genuit.

V. Landeb. Ea aetate claruit Lanbertus Tungrensis ecclesiae episcopus; qui, dum regiam[m] domum zelo religionis accensus increpasset, ab iniquissimo Dodone et aliis viris de palatio missis inprovise conclusus intra domum ecclesiae in Leodio vico occiditur[1].

(705—711).

642—647.

Beda. *Anno dominicae incarnationis DCXLII.[n] Iustinianus[o] se- * p. 553a.

P. D. VI, 31. cundo cum Tiberio[p] filio regnavit annos VI[q]. Hic regnum rursus recipiens eos, qui se expulerant, patricios occidit[r]; Leonem quoque et Tiberium, qui locum eius usurparant, cepit et in medio circo coram omni populo iugulari precepit. Gallicinum vero patriarcham Constantinopolitanum erutis oculis Romam misit Cirumque[s] abbatem, qui eum in Ponto exulem aluerat, episcopum in loco Gallicini[t] constituit.

G. p. R. Sisinnius et Constantinus Romanam[u] regunt ecclesiam. Hunc

P. D. VI, 31. Constantinum[v] ad se venire iubens Iustinianus honorifice suscepit ac remisit; quem prostratus in terram pro suis peccatis intercedere rogans cuncta ecclesiae privilegia renovavit. Qui cum exercitum in Pontum[w] mitteret[x] ad comprehendendum Philippicum, quem ibi relegaverat[y], multum eum isdem papa prohibuit, sed tamen inhibere non potuit.

ib. VI, 32. Exercitus, qui missus contra Philippicum fuerat[z], ad partem eius se contulit et eum imperatorem fecit. Qui Constantinopolim contra Iustinianum[a] veniens cum eo ab urbe miliario duodecimo pugnavit et eum occidit regnumque adeptus est. Imperavit autem, ut premisimus, hac secunda vice VI annos[b]. Quem Leo in expulsione ipsius naribus detruncavit; qui post iterum assumpto imperio, quotiens defluentem guttam reumatis manu detersit, pene totiens aliquem ex his, qui contra eum fuerant, iugulari[c] precepit.*

*) Reganasburh Hemmerammus episcopus clarus habetur *add. B* 3.

a) ewangelii *B* 2. b) ad eand. g. predicandam *A* 2. c) DXXXV. *codd.* d) annis *A* 2. *B* 3. e) *deest A* 2. f) beati dion. corpus *B* 1. g) hos *B*. h) *deest A* 2. i) quam tum *A* 2. k) diffudit *B* 2. l) iulii *A* 2. m) regi a *B* 3. n) DXL. *codd.* o) Iustianianus *B* 2. p) tyberio *A* 2. *B* 2. q) annis *A* 2. *B* 3. r) patricio succidit *B* 2. s) cyrumque *A* 2. t) gallicinii *A* 2. u) romam *B* 1. v) constantinus *B* 2. w) in ponto *A* 2. x) mittere *B* 2. y) religaverat *B* 2. 3. z) qui c. Ph. fuerat missus *A* 2. a) Iustianum *B* 2. b) annis sex *A* 2. c) iugulā *B* 1.

1) *Ex vita Landeberti auctore Godescalco (Acta SS. Sept. V,* 474).

Dum[a] haec in oriente aguntur, Ansbrandus, qui apud Baioa- P. D. VI, 35.
riam[b] VIIII exulaverat annos, cum Baioariis Italiam venit pugnavitque cum Heriberto[c] rege eumque vicit; qui dum in Franciam[d] fugere vellet, Ticinum fluvium ingressus eum cum equo transnatare conatus est, sed quia auro gravatus erat, aquis suffocatus extinctus est. Ansbrandus regnum optinuit tres tantummodo menses. Post cuius interitum[e] Liutbrandus filius eius in regali constituitur solio.

Apud Francorum quoque gentem Pippino vita exempto eius filius Ib. VI, 42.
Karolus in principatu successit, licet per multa bella et certamina de manu Reginfridi eundem principatum sustulerit. Nam cum in custodia teneretur, divino nutu ereptus aufugit ac primum contra Reginfridum cum paucis bis terque certamen iniit[f], ad extremum eum apud Vinciacum magno certamine superavit. Cui tamen unam[g], ut ferunt, hoc est Andegavensem civitatem ad habitandum concessit, cunctam vero Francorum gentem ipse[h] gubernandam suscepit.

648—649. (711—713).

Anno dominicae incarnationis DCXLVIII.[1] Philippicus Beda.
regnavit annum I[k] et menses VI[l]. Hic postquam in imperiali digni- P. D. VI, 34.
tate confirmatus est, Ciro[l] de pontificatu abiecto[m] ad gubernandum monasterium suum in Pontum redire precepit. Hic Constantino papae litteras pravi dogmatis direxit, quas ille respuit; statuitque populus Romanus, ne heretici imperatoris nomen aut cartas aut figuram solidi susciperent. Contra hunc Anastasius, qui et Artemius[n] dictus est, insurgens eum regno expulit oculisque privavit.

p. 553a.

650—653[2]. (713—716).

Anno dominicae incarnationis DCL.[o] Anastasius regnavit Beda.
annos III[p]. Hic litteras Constantino papae per Scolasticum patricium et P. D. VI, 34.
exarcum[q] Italiae direxit, quibus se fautorem catholicae[r] fidei et sexti concilii predicatorem esse declaravit. Defuncto Gisulfo duce Beneventano Ib. VI, 39.
Romaldus filius eius locum eius optinuit.

Circa haec tempora Petronax, civis Brixianae[s] urbis, divino amore Ib. VI, 40.
compunctus castrum Cassinum petiit et monasterium sancti Benedicti, quod iam tunc[t] centum et decem annos destructum manebat, reaedificavit[u] multorumque monachorum pater ibi extitit.

Gregorius papa constituitur; hic Bonifacium ex Brittannia G. p. R.
ortum episcopum ordinavit et per eum in Germaniam[v] verbum salutis predicavit et gentem illam sedentem in tenebris evangelica[w] luce illustravit.

Carolus[x] princeps contra Ratbodum regem Fresonum multa Ann. S. Am.
* p. 553b. certamina conserit[3]. Qui tyrannus[y] divino *nutu percutitur 716.
anno prefati principis quarto.

a) Cum *A* 2. b) baioriam *B* 2. c) herigberto *A* 2. d) frantiam *B*. e) interritum *B* 2. f) iniit cert. *A* 2. g) ut ferunt, unam, id est *A* 2. h) *deest A* 2. i) DXLVIII. *codd.* k) anno uno *A* 2. l) cyrum *A* 2. m) abiectum *A* 2. n) arthemius *B* 2. 3. o) DL. *codd.* p) annis tribus *A* 2. q) exarchum *A* 2. r) chatholicae *B* 3. s) braxianae *B* 2. t) *deest A* 2. u) et tunc aedificavit *A* 2. v) germania *A* 2. w) ewangelica *B* 2. x) Karolus *A* 2 *semper*. y) tirannus *B*.

1) *Qui pro pleno anno numerantur; cf. a.* 575. 2) 653 = 650 + 3; *cf. a.* 263. 3) *Annales S. Amandi (SS. I,* 6—12*) a.* 716: quando Radbodus venit in Colonia mense Martio.

Ann. S Am. 719. 720. Anno V°[a] regni sui pugnavit idem Carolus adversum[b] Saxones[1] eosque vicit.

P. D. VI, 36. Anastasius imperator classem in Alexandriam[c] contra Sarracenos direxit. Exercitus de medio itinere reversus Theodosium ad imperatorem elegit[d] atque coactum in solio imperii confirmavit. Qui Theodosius apud Micenas civitatem Anastasium gravi prelio vicit; septem milia de exercitu ceciderunt. Datoque sibi sacramento eum clericum fieri, presbiterum[e] fecit ordinari.

716—718).

654.

Beda. Anno dominicae incarnationis DCLIIII.[f] Theodosius re-

P. D. VI, 36. gnavit annum I[g]. Hic postquam regnum accepit mox in regia urbe imaginem illam, in qua sancta sinodus erat depicta et a Philippico[h] fuerat[i] deiecta, pristino in loco erexit. His diebus[k] ita Tiberis fluvius inundavit, ut ultra alveum suum egressus multa Romanae fecerit excidia civitati[l], ita ut in Via lata ad unam et semis staturam excresceret atque a porta sancti Petri usque ad pontem Molvium[m] aquae[n] se descendentes coniungerent.

(718—741).

655—718.[2]

Beda. Anno dominicae incarnationis DCLV.[o] Leo regn. annos

P. D. VI, 47. VIIII[p]. Huius[q] temporibus Sarracenorum gens cum inmenso exercitu veniens Constantinopolim circumdedit ac[r] per continuum triennium obsedit[r], donec civibus multa[s] instantia ad Deum clamantibus plurimi eorum fame[t], frigore, bello pestilentiaque perirent ac sic pertesi obsidionis abscederent. Eorum maxima multitudo tempestate in mari[u] periit; intra Constantinopolim vero tempore obsidionis trecenta milia hominum pestilentia interierunt[v].

Beda. Liutbrandus rex ossa sancti Augustini episcopi a Sardinia transtulit

P. D. VI, 49. et in urbem Ticinensem[w] cum debito honore sepelivit. Idem rex Ravennam obsedit, Classem invasit atque destruxit.

Ann. S. Am. 725. Carolus princeps X.[x] anno regni sui[y] cum Baioariis[z] pugnavit eosque vicit.

ib. 730. Idem rex quintodecimo anno regni sui Alamanniam ingressus contra Lantfridum[a] dimicavit et sibi eandem gentem subiecit[b].

ib. 731. Sexto decimo anno regni sui Wasconiam[c] ingressus Eudonem[d] ducem Aquitaniae bello perterruit.

ib. 732. Septimo decimo anno Sarraceni ex Hispania cum uxoribus

P. D. VI, 46. et parvulis venientes Aquitaniam Galliae provinciam[e] quasi in ea habitaturi intrant[f]. Carolus[g] quidem, ut dictum est, cum Eudone Aquitaniae principe tunc discordiam habebat; qui tamen in unum se coniungentes contra eosdem Sarracenos pari consilio dimicarunt. Nam irruentes

a) vero *A* 2. *B* 1. 3. b) adversumque *B* 2. c) in alexandria *A* 2. d) eligit *B* 1. e) presbiterumque *A* 2. f) DLIIII. *codd.* g) anno uno *A* 2. h) philippo *B* 2. i) erat *B* 1. 3. k) temporibus *A* 2. l) exterminia civitatis *A* 2. m) molui *B* 3. n) M. aquae *desunt spatio vacuo relicto et vocabulo* qui *interposito A* 2. o) DLV. *codd.* p) annis XIIII *A* 2. q) His *B* 1. r) ac — obsedit *desunt A* 2. s) mula *B* 1. t) *deest spatio vacuo relicto A* 2. u) in mare *B* 2. 3. v) perierunt *A* 2; et interierunt *B* 2. w) tycinensem *B* 2. x) LX. *corr.* XIIII. *A* 2. y) sui regni *B* 1. z) baioaris *B* 1. a) lanfridum *B* 3. b) subiugavit *A* 2. c) uuasconem *B* 2. d) eudone duce *A* 2; heudonem *B* 3. e) provintiam *B* 2. 3. f) intraverunt *A* 2. g) Carulus *B* 1.

1) *Ann. S. Am. a.* 719: Radbodus obiit; *a.* 716 *igitur Regino Caroli primum posuit, fortasse propterea quod exemplum annalium id, quo usus est, ab hoc anno exordiebatur.* 2) *V. infra p.* 37.

Franci super eos CCCLXXV[a] milia ex eis interfecerunt. Eudo quoque super eorum castra irruens pari modo multos interficiens omnia devastavit. Mille quingenti tantum ex Francis ceciderunt, ut in epistola ab Eudone missa Gregorio papae de[b] eadem victoria continetur. G. p. R.

Ea tempestate Leo imperator sanctorum imagines depositas incendit Romanoque pontifici Gregorio similia[c] facere, si suam vellet habere gratiam, mandavit. Sed pontifex hoc facere contempsit. Omnis quoque Ravennae exercitus vel Venetiarum talibus iussis[d] uno animo restiterunt et, nisi eos pontifex prohibuisset, imperatorem super se constituerent. P. D. VI, 49.

Per idem tempus Liutbrandus rex[e] castra Emiliae, Feronianum[e] et Montembellium, Buxeta et Perticeta, Bononiam[f] et Pentapolim Auximumque invasit, sed post aliquos[g] dies Romano pontifice elaborante Romanis reddita sunt.

Leo Augustus ad peiora progressus est ita, ut compelleret omnes Constantinopolim habitantes tam vi quam blandimentis sanctorum imagines deponere, et, quascunque invenire potuit, in medio civitatis[h] incendio concremavit. Et quia plerique ex populo tale scelus fieri prohibebant, aliquanti ex eis capite truncati, alii[i] parte corporis multati sunt. Cuius errori Germanus patriarcha non consentiens a propria sede depulsus est et eius in loco Anastasius presbiter ordinatus.

* *p.* 554 *a*. Circa haec tempora Carolus princeps Pippinum filium *suum ad Liutbrandum regem direxit, ut eius iuxta morem capillum incideret: qui eius cesariem incidens ei pater effectus est multisque eum ditatum regiis muneribus genitori remisit. Ib. VI, 53.

Carolus octavo decimo anno regni sui cum exercitu in Wistracha venit eamque suae ditioni subiecit. Ann. S. Am. 733.

Anno vero XX° regni sui iterum cum valida manu Wasconiam ingressus est et Eudonem regno simul et vita privavit. Ib. 735.

Sequenti anno contra filios eiusdem Eudonis dimicavit. Ib. 736.

Anno vicesimo secundo regni sui Sarracenorum exercitus rursum in Galliam introiens multam devastationem fecit; contra quos Carolus non longe a Narbona bellum committens eos sicut et prius maxima caede prostravit. Ib. 737. P. D. VI, 54.

Anno XXIIII. regni sui iterato Sarraceni Gallorum fines ingressi usque ad Provintiam venerunt et capta Arelato omnia circumquaque demoliti sunt. Tunc Carolus ad Liutbrandum regem mittens auxilium contra Sarracenos exposcit; qui nihil moratus cum omni Langobardorum exercitu in eius adiutorium properavit. Quo comperto gens Sarracenorum mox ab illis regionibus aufugit. A. S. A. 739. P. D. VI, 54.

Anno XXVI. regni sui Carolus bellicosissimus et victoriossimus[k] princeps Francorum moritur. Ann. S. Am. 741.

Fiunt igitur, ni fallor, anni ab incarnatione Domini computati a quadragesimo secundo anno imperii Octaviani usque ad ultimum Leonis Augusti annum, qui temporibus Caroli principis regnasse cognoscitur, DCCXVIII, menses III, dies II.[1]

Discernamus etiam, si placet, eosdem annos Domini per tempora pontificum Romanorum et videamus, quomodo sibi

a) CCCLXXXV *B* 1. 3. b) *deest A* 2. c) idem *A* 2. d) visis *A* 2. e) rex—feronianum *desunt A* 2 *lacuna relicta.* f) pertibononiam *A* 2; bononianum *B* 2. g) aliquot *A* 2. h) in media civitate *B.* i) *deest B* 3. k) victorissimus *B* 2.

1) *Anni, menses, dies, quos Regino exhibet, recte consummati sunt anni* 715 *et menses* 5.

tempora principum et presulum adinvicem[a] comparata respondeant.

Gesta p. R. Beatus[b] Petrus apostolus Romae in episcopali cathedra sedit annos[c] XXV, menses II, dies III[d].

Linus	sedit	annos	XI,	menses	III,	dies	XIII[e. 1],
Cletus	sedit	annos	XII,	mensem	I,	dies	XI,
Clemens	sedit	annos	VIIII,	menses	II,	dies	X,
Anacletus	sedit	annos	VIIII,	menses	II,	dies	X,
Ewaristus[f]	sedit	annos	VIIII,	menses	X,	dies	II[g],
Alexander	sedit	annos	X,	menses	VII,	dies	II[h],
Xistus[i]	sedit	annos	X,	menses	II,	diem	I,
Telesphorus[k]	sedit	annos	XI,	menses	III,	dies	XXI,
Yginus	sedit	annos	IIII,	menses	III,	dies	IIII[l],
Pius	sedit	annos	XVIIII,	menses	IIII,	dies	III,
Anicetus	sedit	annos	XI,	menses	IIII,	dies	III,
Sother	sedit	annos	VIIII,	menses	VI,	dies	XXI,
Eleuther	sedit	annos	XV,	menses	III,	dies	II,
Victor	sedit	annos	X,	menses	II,	dies	X,
Zepherinus	sedit	annos	VIII,	menses	VI[2],	dies	X,
Calistus	sedit	annos	VI,	menses	II,	dies	X[m],
Urbanus	sedit	annos	IIII,	menses	X,	dies	XII[n],
Pontianus	sedit	annos	VIIII,	menses	V,	dies	II,
Antheros[o]	sedit	annos	XII,	mensem	I,	dies	XII[p],
Fabianus	sedit	annos	XIIII,	menses	XI,	dies	XI,
Cornelius	sedit	annos	II,	menses	II,	dies	III,
Lucius	sedit	annos	III,	menses	III,	dies	III,
Stephanus	sedit	annos	VII,	menses	V,	dies	II,
Xistus[q]	sedit	annum	I,	menses	X,	dies	XXIII[r],
Dionisius[s]	sedit	annos	VI,	menses	II,	dies	IIII[t],
Felix	sedit	annos	IIII,	menses	III,	dies	XXV,
Eutichianus[u]	sedit	annum	I,	mensem	I,	diem	I,
Gaius	sedit	annos	XI,	menses	IIII,	dies	XII,
Marcellinus[v]	sedit	annos	VIIII,	menses	IIII,	dies	XVI[w],
Marcellus	sedit	annos	V,	menses	VII,	dies	XXII[3],
Eusebius	sedit	annos	VI,	mensem	I,	dies	III,
Melciades	sedit	annos	IIII,				
Silvester	sedit	annos	XXIII,	menses	X,	dies	XI[x],
Marcus	sedit	annos	II,	menses	VIII,	dies	XX,
Iulius	sedit	annos	XV[y],	menses	II,	dies	VI,
Liberius[z]	sedit	annos	VI,	menses	III,	dies	IIII,
Felix	sedit	annum	I,	menses	III,	dies	II,
Damasus	sedit	annos	XVIII,	menses	III,	dies	XI[a],
Siricius	sedit	annos	XV,				
*Anastasius	sedit	annos	III,			dies[b]	X,	* *p.* 554 *b.*
Innocentius	sedit	annos	XV[b],	menses	II,	dies	XXI,
Zosimus[c]	sedit	annum	I,	menses	III,	dies	XI,
Bonifacius	sedit	annos	III,	menses	VIII,	dies	VII,

a) princ. romanorum adinvicem *B* 1. b) Annos — III beatus — sedit *B* 2. c) annis *A* 2 *semper*. d) duos *A* 2; XII *B* 3. e) XII *A* 2. *B* 3. f) Euuarestus *A* 2. g) Ewar. — II *desunt B* 1. h) d I *B* 2. i) Xixtus *A* 2. k) Telesporus *B* 2; Thelesphorus *B* 3. l) III *B* 2. m) Calistus — X *desunt B* 1. n) XIII *B* 2. o) Antherus *B* 1. p) II *A* 2. q) Xixtus *A* 2; Xxistus *B* 2. r) XXI *B* 3. s) Dyonisius *A* 2. *B* 2. t) III *A* 2. u) Euticianus *A* 2. v) Marcellianus *B* 2. w) XXV *B* 2. x) X *B* 2. y) XI *B* 1. z) Tiberius *A* 2. a) XII *B* 1. b) dies X, Inn. s. a. XV *desunt A* 2. c) Zozimus *A* 2.

1) dies XII *Gesta pont. Rom.* (XIII *cod. B* 2). 2) menses VII *Gesta*. 3) dies XXI *Gesta*.

Celestinus	sedit	annos	VIII,	menses	X,	dies	XVII,
Xistus[a]	sedit	annos	VIII,			dies	XVIIII[b],
Leo	sedit	annos	XXI,	mensem	I,	dies	XIII[c],
Hilarius[d]	sedit	annos	VI,	menses	III[e],	dies	X,
Simplicius	sedit	annos	XV,	mensem	I,	dies	VII,
Felix	sedit	annos	VIII,	menses	XI,	dies	XVIII[1],
Gelasius	sedit	annos	IV,	menses	VIII,	dies	XVIII,
Anastasius	sedit	annum	I,	menses	XI,	dies	XXIIII,
Simmachus[f]	sedit	annos	XV,	menses	VII,	dies	XXVII,
Hormisda	sedit	annos	VIIII[g],			dies	XVII,
Iohannes	sedit	annos	II,	menses	VIIII,	dies	XVI[2],
Felix	sedit	annos	IIII,	menses	II,	dies	XIII[h],
Bonifacius	sedit	annos	II,			dies	XXVI,
Mercurius	sedit	annos	II,	menses	IIII,	dies	VI[i],
Agapitus	sedit[k]			menses	XI,	dies	XVIII,
Silverius	sedit	annum	I,	menses	V,	dies	XI[l],
Vigilius	sedit	annos	XVII[m],	menses	VI[n],	dies	XXVI,
Pelagius	sedit	annos	XI,	menses	X,	dies	XVIII[o].[3],
Iohannes	sedit	annos	XII,	menses	XI,	dies	XXVI,
Benedictus	sedit	annos	IIII,	mensem	I,	dies	XXVIII,
Pelagius	sedit	annos	X,	menses	II,	dies	X,
Gregorius	sedit	annos	XIII[p],	menses	VI,	dies	X,
Sabinianus	sedit	annum	I,	menses	V,	dies	VIIII,
Bonifacius	sedit			menses[q]	VIII,	dies	XXII,
Bonifacius[r]	sedit	annos	VI,	menses	VIII,	dies	XIII,
Deusdedit	sedit	annos	III,			dies	XXIII[s],
Bonifacius	sedit	annos	V[t],				
Honorius	sedit	annos	XII,	menses	XI,	dies	XVII[u],
Severinus	sedit			menses	II,	dies	IIII,
Iohannes	sedit	annum	I,	menses	VIIII,	dies	XVIII[v],
Theodorus	sedit	annos	VI,	menses	V,	dies	XVIII,
Martinus	sedit	annos	VI[w],	mensem	I,	dies	XXVI,
Eugenius	sedit	annos	II[x],	menses	VIIII,	dies	XXIIII,
Vitellianus	sedit	annos	XIIII,	menses[y]	VI,		
Adeodatus	sedit	annos	IIII,	menses	II,	dies	V,
Donus	sedit	annum	I,	menses	V,	dies	X,
Agatho	sedit	annos	II,	menses	VI,	dies	IIII,
Leo	sedit			menses	X,	dies	XVII[z],
Benedictus	sedit			menses	X,	dies	XII,
Iohannes	sedit	annum	I,			dies	VIIII,
Conon[a]	sedit			menses	XI,		
Sergius[b]	sedit	annos	XIII,	menses	VIII,	dies	XXIII[c],
Iohannes	sedit	annos	III,	menses	II,	dies	XII,
Iohannes	sedit	annos	II,	menses	VI,	dies	XVII[d],
Sisinnius	sedit					dies	XX[e],
Constantinus	sedit	annos	VII[f],			dies	XV,
Gregorius	sedit	annos	XVI,	menses	VIIII,	dies	XI,
Gregorius	sedit	annos	X,	menses	VIII,	dies	XXV[g],
Zacharias[h]	sedit	annos	X,	menses	III,	dies	XIIII.

a) Sixtus *A* 2; Xxistus *B* 2. b) VIII *A* 2. c) XIIII *A* 2. d) Hylarius *B* 2. e) menꝰ I *A* 2. f) Simachus *B*. g) VIII *A* 2. h) XIIII *B* 2. i) annos II, dies XXVI *B* 2. k) annos VIII *A* 2. l) menses XII, dies XII *A* 2. m) XVIII *B* 2. n) *deest A* 2. o) XVII *A* 2. p) XIIII *B* 2. q) annos *B* 2. r) Bonifacius — annos V *desunt B* 2. s) XXXIII *codd.* t) XI *B* 1; annos V, dies XXXIII *A* 2. u) XIII *B* 2. v) VIII *B* 3. w) annꝰ I *B* 2. x) annꝰ I *B* 2. y) XIIII, menses *desunt B* 2. z) XII *A* 2. a) Ceuon *B* 1. b) Serius *B* 1. c) XXII *A* 2. d) dies XVII *desunt B* 2. e) XV *B* 1. f) VI *A* 2. g) XXI *B* 1. h) Zacharius *A* 2.

1) dies XVII *Gesta*. 2) dies XVII *Gesta* (XVI *cod. B* 2). 3) XXVIII *Gesta*.

p. 554 b.

Fit[a] ergo, ut arbitramur, summa horum a temporibus[b] beati Petri apostoli usque ad Zachariam[c] papam, qui principio[d] regni Pippini Romanam gubernabat ecclesiam, anni DCCIII[e], menses VIII, dies XXVI[f.1]. Quibus si addamus quindecim annos[g] Octaviani, XXIII Tiberii, III Gai, similiter III[h] Claudii[i], quia quarto Claudii anno Petrus apostolus Romam venit et ipse iam annus in pontificatu[k] eius computatur, colliguntur anni DCCXLVII; supercrescunt itaque anni pontificum annos principum Romanorum XXVIIII annis[l]. Quid horum potius[m] sequendum sit, prudens lector videat. Illud tamen pro certo scimus[n], quod nec augustorum nec antistitum numerus annorum ciclis Dionisii concordat, siquidem in alio plus, in alio minus invenitur; nam secundum Dionisium anno dominicae incarnationis DCCXLI. Carolus princeps moritur et Pippinus suscepit principatum. Potest autem fieri, ut vitio scriptoris numerus depravatus sit[o] annorum.

Haec[p] idcirco ab ipso incarnationis Domini[q] anno exordium capientes usque huc[r] perduximus, ut, quia sequens libellus a nostra parvitate editus per eiusdem incarnationis dominicae annos tempora principum et gesta declarat, iste nihilominus, quo tempore, quo in loco vel quid sub unoquoque principe actum sit, summatim demonstret, triumphos quoque sanctorum *martyrum[s] et confessorum, quibus in locis * p. 555a.
vel sub quibus regibus coronam gloriae perceperunt, nominatim aperiat. Igitur ubi iste finitur, ille consequenter initium capiat et, ubi ille incipit, iste finem sortiatur[t].

EXPLICIT LIBER[u] PRIMUS.

INCIPIT LIBER[v] DE GESTIS REGUM FRANCORUM[w].

Ann. Laur. Anno dominicae incarnationis DCCXLI. Carolus[x] filius Pippini[y], maior domus et bellicosissimus dux Francorum, defunctus est[z].

Anno dominicae incarnationis DCCXLII. Carlomannus[a] et Pippinus[b] filii eius duxerunt exercitum contra Hunoldum[c] ducem Aquitanorum et ceperunt[d] castrum, quod vocatur Lucas, et in eodem itinere diviserunt regnum Francorum inter se in loco, qui dicitur Vetus Pictavis; posthaec[e] Carlomannus[f] eodem anno Alamanniam cum exercitu vastavit.

a) Fuit *B* 1. b) Sunt igitur a temporibus *incipit codex A* 3 (a. 742). c) ad hunc Zachariam anni *omissis mediis verbis A* 3. d) in princ. *A* 2. e) DCCCIII *B* 2. f) XXV *A* 2. g) quindecimum annum *A* 2. h) tertium *A* 2. i) Glaudii *B* 2. k) annus I. pontificatus *A* 3. l) annos *B* 2. m) potius itaque *B* 3. n) scitur *A* 3; sumus *B* 1. o) sit deprav. *B* 2. p) Haec — Francorum *desunt A* 3. q) dominicae *A* 2. r) *deest A* 2. s) martirum *B*. t) sotiatur *B* 1. u) libellus *B* 1. 2. v) libellus *B* 1. 2; liber secundus *A* 2. *B* 3. w) de g. r. Fr. *desunt A* 2. x) Karlomannus *A* 2; Karolus *A* 3; Carlomannus *B*. y) pipini *A* 3; pypini *B* 2. z) obiit *A* 3. a) Karlomannus *A* 2. 3; Carlamannus *B* 2. b) pypinus *B* 2. c) hunaldum *A* 2. 3; hunoilum *B* 3. d) cooperuerunt *A* 2. e) posthaec — vastavit *desunt A* 3. f) Karlom. *A* 2.

1) *Rectius computati anni* 725, *menses* 5, *dies* 16.

Anno dominicae incarnationis DCCXLIII. Carlomannus[a] et Pippinus[b] contra Odilonem ducem Baioariorum[c] duxerunt exercitum[d] et inierunt pugnam et victores effecti. Carlomannus[e] absque fratre in Saxoniam perrexit et cepit castrum, quod dicitur Hocseoburch[f], per placitum et pacis conditionem et Theodericum Saxonem obsidem accepit; qui sacramentis datis in patriam dimissus[g] est redire, sed posthabito sacramento fefellit.* Ann. Laur.

Anno dominicae incarnationis DCCXLIIII. iterum[h] Carlomannus et Pippinus Saxoniam cum exercitu ingressi sunt[i], et rursum[k] captus est supradictus Theodericus.

Anno dominicae incarnationis DCCXLV. Carlomannus[l] confessus est suo germano[m] Pippino, quod mente disposuisset seculum[n] relinquere et pro amore Dei regnum terrenum deserere, ut in futura vita centuplicatam[o] reciperet possessionem[p]. Et in[q] hoc anno nullam fecerunt expeditionem, sed preparaverunt[r] se uterque, Carlomannus ad iter, quod decreverat, et Pippinus, ut germanum suum[s] ad locum destinatum[t] honorifice cum muneribus et debita munificentia prosequeretur.

Anno dominicae incarnationis DCCXLVI. Carlomannus Romam perrexit, ibique se totondit et in Sarepte[u] monte monasterium aedificavit in honore sancti Silvestri. Ibique aliquod[v] tempus moram faciens exinde ad sanctum Benedictum in Cassinum usque pervenit, et ibi monachus effectus est. Fertur autem[w] de hoc sancto viro exemplum memorabile. Cum adhuc Romae positus in monasterio, quod sibi aedificaverat, ab omnibus propter regiam nobilitatem et, quod maius est, propter contemptum regni terreni[x] et gloriam presentis seculi veneraretur et laudibus extolleretur, timens vir Deo plenus favorem laudis humanae, qui tanta pro Christo reliquerat, fugam magis arripere disposuit, quam vanae gloriae subiacere. Et hoc tantummodo uno fido socio confessus, quem ab infantia in omnibus fidelem probaverat, cum eo noctu omnibus insciis[y] aufugit et ad Cassinum montem usque pervenit; nihil secum portans ex omnibus bonis, quae corpori erant necessaria, nudus Christum secutus est[z]. Et iuxta morem portam monasterii pulsans colloquium patris monasterii expetiit; in cuius presentia[a] cum venisset, mox in terram corruit, se homicidam esse, se reum omnium criminum protestans misericordiam exposcit, poenitentiae locum exquirit. Pater, cum hominem peregrinum esse cognovisset, interrogat, cuius patriae aut gentis esset; at ille confessus

*) His temporibus fundari coeptum est Fuldense coenobium a sancto Bonifacio archiepiscopo in solitudine Bochonia *add. B 2b.*

a) Karlom. *A* 2. 3; carrom. *B* 2. b) pipinus *A* 3 *saepius.* c) bawar. *A* 3 *semper.* d) *deest B* 2. e) Karlom. *A* 3 *semper;* carrom. *B* 2. f) hocseoburh *B* 1. 2. g) permissus *A* 3. h) Item *A* 2. i) ingressus et *B* 3. k) rursus *A* 3. *B* 3. l) Karlom. *A* 2. 3. m) est fratri *A* 3. n) sec. — et *desunt A* 3. o) centuplicatum *A* 3. p) *deest A* 3. q) *deest A* 3; etiam hoc *A* 2. r) preparabantur Karl. *A* 3; preparavit *B* 1. 2. s) fratrem *A* 3. t) *deest B* 2. u) sarepti *A* 2; soracti *A* 3; sarapte *B* 2. v) per aliq. *A* 2. 3. w) *deest A* 3. x) *hinc incipit post tres fasciculos amissos quintus quaternio codicis A* 1. y) aufugit insciis *B* 2. z) *deest B* 1. 3. a) presentiam *A* 3.

p. 555a.

est, se Francum esse et ex Francia pro talia scelera[a] migrasse, exilium libenter ferre paratum, tantum ut[b] patriam caelestem non amitteret. Spiritualis[c] pater eius precibus annuens precepit eum in cella novitiorum recipi una cum suo collega ibique probari, secundum quod regula iubet, et tanto artius, quanto barba*rae et ignotae gentis homo erat, implens[d] illud * p. 555 b.
1. Ioh. 4, 1. apostolicum: *Probate spiritus, si ex Deo sunt*[e]. Itaque probatus in omni patientia sociatus est congregationi una cum collega post emensum anni circulum, professus stabilitatem, conversionem[f] morum et[g] obedientiam secundum[h] regulam sancti Benedicti. Cepit autem inreprehensibiliter inter fratres conversari, omnibus virtutibus pollens. Accidit autem, ut, iuxta quod mos est, ad quoquinae[i] officium ebdomadarius[k] deputaretur; quod cum libenter quidem faceret, sed in multis ignoranter offenderet, cocus[l] vino exaestuans[m] ei[n] alapam dedit dicens: 'Ita te fratribus deservire oportet?' Cui ille nil motus placido vultu respondit: 'Indulgeat tibi Dominus, frater, et Carlomannus[o]'. Neque enim cuiquam nomen suum prodiderat, ne ex vocabulo agnosceretur. Rursus[p] cum in quibusdam cibariis administrandis errasset, iterum a coco percussus est, cui eadem, quae supra, imprecatus est. Et cum[q] tertio a coco[r] crudeliter cederetur, indignatus ille comes individuus[s] suae peregrinationis, quod tantus vir a tam vili persona tam contumeliose afficeretur, iam ferre non valens arripuit pilum[t], unde panis in holera fratrum mittendus conterebatur, et eum omni annisu percussit dicens: 'Nec tibi Deus parcat, serve nequam, nec Carlomannus[u] indulgeat.' Fratres hoc audito felle commoti sunt, quod homo alienigena[v] et pro misericordia receptus talia facere presumpsisset. Protinus itaque custodiae mancipatur, ut die sequenti talis presumptio acrius vindicaretur. In crastinum productus de custodia[w] in medio conventu sistitur; percunctatus, cur manus extendere in fratrum[x] ministrum[y] ausus fuisset, respondit: 'Quia', inquit, 'vidi servum nequiorem[z] omnibus virum meliorem et nobiliorem omnium, quos in terra conversari scio[a], non solum verbis dehonestari[b], sed etiam plagis affici'[c]. Furore nimio exagitati, quod eum, qui peregrinus venerat, caeteris pretulisset, interrogant, quis esset ille, qui bonitate et nobilitate omnes anteiret, cur[d] saltem patrem monasterii non excepisset. Ille necessitate compulsus celare non valens,

a) talibus sceleribus *A* 2; tali scelere *A* 3. *B* 3. b) *deest B* 3. c) Tunc spir. *A* 2; spiritalis *B* 1. 3. d) iuxta *A* 3. e) sint *A* 2. f) conversationem *B* 3. g) *deest A* 2. 3. *B* 3. h) sec. reg. *desunt A* 2; sec. sancti reg. ben. *A* 1. i) coquinae *A* 2. 3. *B* 2. k) epdomad. *A* 1. l) coquus *A* 2. m) aestuans *A* 3. n) alapam ei *A* 2. *B* 2. o) carolom. *A* 1. *B* 1; Karlom. *A* 3 *semper*. p) Rursum *A* 2. q) cum iam *B* 2. r) coquo *A* 2. s) induuius *B* 2. t) pistillum *A* 2. u) carolom. *A* 1. v) aligeniena *A* 1; aligenigena *B* 1. w) carcere *A* 3. x) frm *B*. y) ministris *B* 3. z) nequam virum *A* 3. a) suo *B* 2. b) dehonestare *A* 3. c) afficere *A* 3. d) et cur *A* 2.

quod Deus iam manifestari[a] volebat, ait: 'Iste est Carlomannus quondam rex[b] Francorum, qui pro Christi amore regnum et gloriam mundi dereliquit, qui de tanta excellentia ita[c] se humiliavit, ut modo a vilissimis personis non solum contumeliis afficiatur[d], verum etiam verberibus affligatur[e]'. Quo audito tremefacti a sedibus surgunt, pedibus eius se prosternunt, veniam postulant de contemptu, ignorantiam profitentur; ille econtra in terram provolutus cum lacrimis negare coepit, haec non esse vera, non se[f] esse Carlomannum, sed[h] hominem peccatorem et homicidam, collegam suum timore[h] perterritum propter commissum piaculum haec excogitasse. Quid plura? cognitus ab omnibus cum magna reverentia est observatus. Haec non passi sumus preterire; nunc ad chronicam[i] revertamur.

p. 555 b.

Anno dominicae incarnationis DCCXLVII.[k] Gripho fugit in Saxoniam, et Pippinus iter faciens per Turingiam[1. 1] in Saxoniam introivit usque ad fluvium Missaha[m] in loco, qui dicitur Scahaningi[n]; et Gripho collecta manu una cum Saxonibus super fluvium Obacro[o] sedit in locum[p], qui dicitur Horaheim[q. 2]. Ann. Laur.

Anno dominicae incarnationis DCCXLVIII.[r] Gripho de Saxonia egressus[s] in Baioariam pervenit ipsumque ducatum sibi subiugavit, Hiltrudem cum Tassilone[t] cępit et suae ditioni subiecit. Suidger[u] venit in solatium supradicti[v] Griphonis[w]. Haec[x] audiens Pippinus cum exercitu illuc venit omnesque supranominatos sibi subiugavit, Griphonem et Lanfridum[y] secum adduxit[z] in Franciam[a], Tassilonem[b] ducem Baioariorum constituit. Griphonem[c] vero in partibus Neustriae misit et ei XII comitatus dedit; inde iterum[d] Gripho[e] fugiens *Wasconiam petiit et ad Waipharium[f] ducem Aquitanorum pervenit.

* p. 556 a.

Anno dominicae incarnationis DCCXLVIIII. Burchardus Wirziburgensis[g] ecclesiae episcopus et Folradus capellanus missi sunt Romae ad Zachariam papam, ut interrogarent de regibus in Francia[h], qui illis temporibus non habentes regiam[i] potestatem reges tamen vocabantur, si bene esset an non? Et prefatus[k] papa mandavit Pippino, melius sibi videri, illum regem vocari, qui[l] potestatem[m] haberet, quam illum, qui sine regali potestate manebat; et ne[n] perturbaretur christianitatis ordo, per auctoritatem apostolicam iussit Pippinum regem creari et sanctae unctionis[o] oleo inungi[p].

a) manifestare *B* 3. b) dux *A* 3. c) *deest A* 2. 3. d) afficitur *A* 1. 2. e) affligitur *A* 2. f) esse se *B* 2. g) sed se esse *A* 3. h) *deest B* 2. i) cronicam *A* 1. 2; chronica *A* 3. k) DCCXLII. *A* 1. 2. l) turingam *B* 2. 3. m) missacha *B* 2; mosaha *B* 3. n) scanigge *A* 3; scahannigi *B* 1; scaningi *B* 2. o) ob agro *B* 3. p) loco *A* 2. 3. *B* 1. q) horheim *A* 3; horahem *B* 2. r) DCCXLIII. *A* 1. 2.; DCCXLVII *B* 2. s) egressus est *B* 2. t) tassilione *B* 2. u) Suideger *B* 2. v) predicti *A* 2; *deest A* 3. w) grifon. *A* 1 *saepius*. z) Post haec autem *A* 2. y) lantfridum *A* 1. 3. z) duxit *B* 2; in fr. add. *A* 2. a) frantiam *A* 1. *B* 2. 3. b) thassilonem *A* 1. c) Griphoni v. more ducum in p. N. XII c. de[illegible], sed ille tali beneficio non contentus fug. *A* 3. d) grofo *A* 1. e) *deest A* 2. f) Waifarium *A* 2. 3. g) uuircib. *A* 1. 2; uuirceb. *A* 3; Wirziburcgensis *A* 1. *B* 3. h) frantia *A* 1. *B* 2. 3. i) pot. reg. *A* 2. k) Zacharias *A* 3. l) vocarique potestatemque habere *A* 1. m) hab. pot. *A* 2. n) Ut vero non *A* 2. o) uncionis *B* 2; creationis *B* 3. p) ungui *A* 2.

1) Toringam *Ann. Laur.* 2) Orhaim *Ann. Laur.*

Ann. Laur. Anno dominicae incarnationis DCCL. Pippinus secundum morem Francorum electus in regem et unctus per manum[a] sanctae memoriae Bonifacii Mogociacensis[b] urbis archiepiscopi et[c] elevatus est a Francis in regno in Suessionis[d] civitate. Hildericus vero, qui falso rex vocabatur, adtonsus est et in monasterium[e] missus.

Anno dominicae incarnationis DCCLI.[1] Pippinus rex in Saxoniam iter fecit, et Hildegarius episcopus occisus est a Saxonibus in castro, quod dicitur[f] Vigbergh[g.2], et tamen Pippinus rex victor extitit et pervenit usque ad locum, qui dicitur Rimiae[h], et reversus est in Franciam[i]; ubi ei nuntiatum est, quod Gripho, qui[k] in Wasconiam fugerat, germanus eius, occisus esset[l]. Eodem[m] anno Stephanus papa in Franciam[n] venit, solatium et adiutorium quaerens pro iusticiis sancti Petri. Venit autem et[o] Carlomannus[p], monachus et germanus supradicti regis, per iussionem[q] abbatis sui in Franciam, quasi ad conturbandam petitionem apostolicam. Hoc anno natalem[r] Domini in Theodonis villa, pascha in Carisiaco[s] domnus rex celebravit.

Anno dominicae incarnationis DCCLII.[3] supradictus[t] papa[u] Stephanus confirmavit Pippinum unctione[v] sancta in regem et cum eo inunxit[w] duos filios eius Carolum[x] et Carlomannum ad regiam dignitatem. Eodem anno sanctus Bonifacius archiepiscopus adnuntians Dei verbum in Fresia a paganis interfectus martyr Christi occubuit.

Vita Walfr. Waltfredus[y] abba[4] in Italia clarescit[z].

Ann. Laur. Anno dominicae incarnationis DCCLIII.[a.5] Pippinus[b] rex per apostolicam invitationem Italiam ingressus est, iustitiam Petri apostoli quaerens. Haistulfus rex Langobardorum supradictam iusticiam contradicendo Thermophilas[c], id est[d] clusas, Langobardorum petiit et obviam Pippino regi et Francis venit; et commisso prelio Domino auxiliante et beato Petro intercedente Pippinus cum Francis victor extitit. Eodem anno Stephanus papa reductus est ad suam sedem per missos regis Pippini, Folradum[e] et aliis plurimis; incluso vero Haistulfo[f] rege in Papia civitate, necessitate ductus iusticiam sancti[g] Petri pollicitus est[h] faciendam[i]. Ex hac promissione rex Pippinus obsides XL recepit[k] et cum sacramenta firmata reversus est in Franciam.

Nec superfluum iudicavimus, si[l] epistolam eiusdem papae Stephani hac de causa scriptam huic operi inseramus[m.6]; Revel. continet enim hunc modum: 'Stephanus episcopus servus servorum Dei. Sicut nemo se[n] debet iactare de suis meritis, sic non debet[o] opera Dei, quae in illo per suos sanctos[p] fiunt sine suis meritis, silere, sed predicare, quia sic angelus admonet Tobiam. Unde ego pro oppressione sanctae ecclesiae a rege atrocissimo et blasphemo et nec dicendo Haistulfo

a) manus *A* 2. b) magontiacensis *A* 2; mogontiensis *A* 3; mogontiacensis *B* 3. c) *deest A* 2. d) sessionis *B* 2. e) in monasterio *A* 3. f) qui *A* 3. g) wigberg *A* 3; uigberhc *B* 1; uuigber *B* 2. h) rimae *A* 2. i) frantiam *A* 1. *B* 2. 3. k) qui — fugerat *desunt A* 3. l) est *erasum B* 2. m) E. a. *desunt B* 2; Eodem — apostolicam *desunt A* 3. n) frantiam *A* 1. *B* 1. 3. o) *deest A* 2. p) carolom. *A* 1. q) uisionem *A* 1. r) natale *A*. s) carasiaco *B* 2. t) suprad. — occubuit *desunt A* 3. u) steph. papa *A* 1. *B* 3. v) s. unct. *B* 2. w) unxit *A*. x) Karolum et Karlom. *A*. y) Walfridus *B* 2. z) clarescit in Italia *A*; claruit *A* 3. a) DCCXLII. *B* 2. b) Pippinus — Franciam *desunt A* 3. c) termophilas *B* 2. d) idem *A* 2. e) folrandum *A* 1. f) anistulfo *A* 1; ahistulpho *B* 1; anistolpho *B* 2. g) sancto petro *A* 2. h) pollicē *B* 1. i) se facturum *A* 2. k) accepit *A* 2. l) *deest A* 3. m) inserere *A* 3. n) se nemo *A* 2. o) debent *B* 2. p) sanctos suos *A* 2.

1) *Ann. Laur. a.* 753. 2) Iuberg (Viberg?) *Ann. Laur.* 3) *Ann. Laur. a.* 754. 4) *In Monte Viridi in Etruria; v. Vitam eius in Actis SS. Febr. II*, 842. 5) *Ann. Laur. a.* 755. 6) *Ex 'Revelatione facta sancto papae Stephano' (Surius, de prob. sanct. hist. V*, 658*); cf. Simson, 'Forschungen z. D. Gesch.' XIX*, 175—180.

ad optimum et sancti Petri fidelem domnum Pippinum christianissimum regem in Franciam veni, ubi aegrotavi usque ad mortem et mansi aliquod[a] tempus apud pagum Parisiacum in venerabili monasterio sancti martyris Dionisii[b]. Quo cum iam me[c] medici desperarent, fui sicut in oratione in ecclesia eiusdem beati martyris subtus campanas[d] et vidi ante altare domnum Petrum et magistrum gentium domnum Paulum, et
* p. 556 b. nota[e] mente illos recognovi *de illorum surcariis, et ter[f] beatum domnum Dionisium ad dexteram domni Petri subtilem et longiorem. Dixitque bonus pastor domnus Petrus: 'Hic frater noster postulat sanitatem'. Et dixit beatus Paulus: 'Modo sanabitur'. Et adpropinquans misit manum suam ad pectus domni Dionisii amicabiliter respexitque ad domnum Petrum; et dixit domnus Petrus ad domnum Dionisium hilariter: 'Tua gratia est sanitas eius'. Et statim beatus Dionisius turibulum[g] incensi et palmam in manu tenens cum presbitero et diacono, qui in parte stabant, venit ad me et dixit mihi[h]: 'Pax tecum, frater, noli timere: non morieris[i], donec ad sedem tuam prospere revertaris. Surge sanus et hoc altare in honore Dei et apostolorum eius[k] Petri et Pauli, quos vides, dedica, missas gratiarum agens'. Moxque sanus factus sum et volebam implere, quod mihi preceptum erat; et dicebant, qui ibi aderant, quod dementabam. Quapropter retuli illis et regi suisque omnibus ex ordine, quae videram et quomodo sanatus[l] fuerim, et implevi, quae[m] iussa sunt mihi, omnia'. Gesta sunt autem haec anno ab incarn. Domini DCCLIII. V. Kal. Aug., quo[n] Christi roboratus virtute inter celebrationem consecrationis prefati altaris et oblationem sacrificii unxit in reges Francorum regem Pippinum et duos filios eius Karolum et Carlomannum[o]. Sed et Bertradam coniugem ipsius regis indutam cicladibus regiis gratia Spiritus sancti septiformis consignavit in Dei nomine; atque Francorum proceres[p] apostolica benedictione sanctificans auctoritate sancti Petri sibi a Christo tradita obligavit et obtestatus est, ut nunquam de altera stirpe per succedentium temporum curricula ipsi vel quique ex eorum progenie orti regem super se presumant aliquo modo constituere, nisi de eorum progenie, quos et divina providentia ad sedem apostolicam tuendam eligere et per eum, videlicet sancti Petri vicarium, immo domini Iesu Christi, in potestatem regiam dignata est sublimare et unctione sacratissima consecrare.

His[q] interpositis ad chronicam redeamus. Cum Pippinus rex, ut supra expressum est, Italiam ingressus esset, Carlo- Ann. Laur.
mannus monachus Vienna civitate remansit una cum Bertrada regina, ubi[r] languore correptus diem clausit extremum.

Anno dominicae incarnationis DCCLV.[1], cum audisset Pippinus rex, ea non esse vera, quae Haistulfus[s] promiserat de iusticiis sancti Petri, iterum Italiam ingressus Papiam obsedit, Haistulfum[t] obsidione cinxit et[u] rursum de iusticiis sancti Petri firmitatem[v] dedit, ut stabiles permanerent; et insuper Ravennam cum Pentapoli[w] et omni Exarcato conquisivit et sancto Petro tradidit. Cum autem reversus esset Pippinus rex in Franciam[x], meditabatur supradictus Haistulfus[y] ea fallere[z], quae promiserat. Quadam vero die, cum venationibus inserviret, percussus est Dei iudicio vitamque cum

a) aliquot *A* 2. *B* 1. 2; per al. *A* 2. b) dyonisii *A* 2. *B* 2. c) *deest A* 2. *B* 2. d) campanes *B* 1. e) tota *A* 3. f) tertium *B* 3. g) turribulum *A* 1. *B* 2. h) ad me *B* 2. i) moriens *B* 2. k) *deest B* 2. l) sanus *A* 2. *B* 1. m) omnia, quae i. s. mihi *A* 2. n) quo die *A* 3. o) Karlom. *A* 2. 3. p) principes *A* 3. q) His — extremum *desunt A* 3. r) *deest A* 2. s) istulphus *B* 2. t) aistulfum *B* 1. 2. u) et — tradidit *desunt A* 3. v) dedit firm. *A* 2. w) neapoli *A* 2; rav. pentapolim et *B* 3. x) frantiam *B*. y) aistulfus *B* 2. z) fefellere *A* 2.

1) *Ann. Laur. a.* 756.

Ann. Laur. regno finivit; quo[a] modo vero missus est Desiderius in regno, in subsequentibus dicemus.

Anno dominicae incarnationis DCCLVI.[1] misit Constantinus imperator regi Pippino cum aliis donis organum. Et[b] rex Pippinus tenuit placitum suum in Compendio; ibique Tassilo venit dux Baioariorum et suus effectus est per manus sacramentaque multa iuravit Pippino et filiis eius supra[c] corpus sancti Dionisii et[d] sancti Germani et sancti Martini; similiter et eius homines meliores fecerunt.

Anno dominicae incarnationis DCCLVII.[2] Pippinus rex in Saxoniam iter fecit et in munitiones Saxonum per virtutem introivit; et in loco, qui dicitur Sitma[e], multae strages factae sunt de populo Saxonum. Et tunc promiserunt se omnem voluntatem regis facturos, tributum etiam presentandum, equos scilicet CCC per singulos annos.

Anno dominicae incarnationis DCCLVIII.[f.3] natus est Pippino regi filius, cui supradictus rex nomen inposuit[g] suum; qui[h] vixit annos duos[i] et in tertio defunctus est. Eodem anno celebravit natalem[k] Domini in Longolare et pascha in Iopila. * p. 557a.

Anno dominicae incarnationis DCCLX. Pippinus[l] rex cernens Waifarium ducem Aquitanorum minime consentire, ut iustitias faceret ecclesiis, quae erant in Francia, de rebus et possessionibus illarum, quae in suo ducatu erant, iniit consilium[m] cum Francis, ut iter pergeret[n] in Aquitaniam et supradictas iustitias quaereret; et pervenit usque in[o] locum, qui dicitur Theodoad[p]. Quod cum cognovisset Waifarius, timore perterritus mittit legatos Otbertum[q] et Dawinum et[r] dedit obsidem Adalgarium suum propinquum et mandavit Pippino se[s] omnia redditurum, quicquid supradictus rex quaerebat in causis ecclesiasticis; et celebravit natalem[t] Domini in Carisiaco et pascha similiter.

Anno dominicae incarnationis DCCLXI. Waifarius minime cogitans de obsidibus et sacramentis datis, ut se vindicaret[u] de iniuria, quam a Francis preterito anno fuerat perpessus, exercitum misit, qui usque ad Cabillonem[v] civitatem venerunt vastantes omnia. Et cum supradictus rex sinodum teneret in villa, quae dicitur Duria, nunciatum est ei, quid Waifarius perpetrasset; protinus exercitum movit et Aquitaniam ingressus multa castella cepit, scilicet Burdellum[w.4], Clarum montem, Cantela[x], Arvernum[y], et pervenit usque Lemodicas[z] vastando omnia. Et celebravit natalem Domini in Carisiaco, et pascha similiter. * p.

Anno dominicae incarnationis DCCLXII. tertio[a] Pippinus Aquitaniam cum exercitu vastavit et cepit civitatem Bituricas[b] et castrum, quod dicitur Toarcis; et celebravit natalem Domini in villa Gentiliaco et pascha similiter.

a) cui Desiderius successit *A* 3. b) Et—filiis eius *ex Ekkehardo commutavit A* 3. c) super *A* 2. d) et s. Mart. et s. Germ. *A* 2; et s. Germ. *desunt A* 3. e) sitnia *(Ann. Laur.) A* 3. f) D ac XLVIII *eraso* ac *B* 3. g) suum impos. *A* 2. 3. h) qui — est *ex Ekkehardo mutavit A* 3. i) annis duobus *A* 2. k) natale *A* 2. l) Pippinus — ducatu erant *desunt A* 3. m) *deest B* 2. n) faceret *A* 2. o) ad *A* 2. p) theodoat *A* 1; thedoad *B*. q) otherium *A* 3. r) et — mandavit *desunt B* 3. s) omnia se *A* 2. t) natale *A* 2. 3. u) vincendicaret *B* 2. v) cabilonem *A* 2. 3. w) burtellum *B* 1. x) cantelam *A* 3. y) avernum *A* 2; arvennum *B* 1. z) leomodicas *B* 2. a) rex *B* 2. b) bituriacas *B* 3.

1) *Ann. Laur. a.* 757. 2) *Ann. Laur. a.* 758. 3) *Ann. Laur. a.* 759. 4) Burbonnis, Clarmontis, Cantelam et in Alverno alia multa castella *Ann. Laur.*

Anno dominicae incarnationis DCCLXIII. rex Pippinus habuit placitum suum in Nivernis[a] et quarto ingressus est Aquitaniam; ibique Tassilo, dux Baioariorum postpositis sacramentis fraudulenter se inde subduxit, omnia beneficia oblitus, quae rex avunculus eius ei fecerat et Baioariam regressus amplius noluit videre faciem[b] supradicti[c] regis. Rex autem Aquitaniam perlustrans usque ad Caduriciam[d] venit et per Lemodicas reversus in Franciam venit. Et facta[e] est hiemps valida; et celebravit rex natalem Domini in villa, quae dicitur Longolare[f], et pascha similiter. Ann. Laur.

Anno dominicae incarnationis DCCLXIIII. rex Pippinus habuit placitum suum in Wormatia[g] et causam diligenter pertractavit inter Waifarium et Tassilonem; et[h] celebravit natalem Domini in Carisiaco et pascha similiter.

Anno dominicae[i] incarnationis DCCLXV. rex placitum suum habuit apud Attiniacum et eodem anno, sicut et superiori, nusquam profectus est. Celebravit autem[k] natalem Domini in Aquis villa et pascha similiter.

* p. 557a.

Anno dominicae incarnationis DCCLXVI. rex Pippinus perrexit in Aquitaniam et placitum suum habuit in Aurelianis[l] civitate et restauravit Argentomum[m] castrum, quod antea Waifarius destruxerat, ibique Francos dimisit ad continendam[n] Aquitaniam; similiter et in Bituricas fecit et celebravit natalem Domini in Salmoniaco[o] et pascha in Gentiliaco.

Anno dominicae incarnationis DCCLXVII. rex in[p] supra dicta villa sinodum[q] magnam habuit inter Romanos et Grecos de sancta trinitate vel de sanctorum imaginibus. Et post haec Aquitaniam ingressus est per[r] Narbonam; cepit autem Tolosam et Gavaldanem et celebravit pascha in civitate Vienna. Eodem anno mense[s] Augusto iterum Aquitaniam ingressus[r] usque Bituricas venit ibique sinodum tenuit et inde profectus usque ad Garonnam venit[t], multas rupes et speluncas cepit nec non etiam castra Scoraliam[u], Torinnam[v] et Petrociam et reversus est Bituricas. Ubi[w] nuntiatum est ei de obitu Pauli papae; ibi etiam celebravit natalem Domini.

* p. 557b.

Anno dominicae incarnationis DCCLXVIII. rex Pippinus iter faciens Remistagnum cepit, ad Cantones[x] civita*tem usque pervenit et ibi cepit matrem Waifarii et sororem[y] eius et neptas eius. Inde perrexit in loco, qui dicitur Montes; ibi Heriwicus[z] venit ad eum, qui habebat aliam sororem Waifarii; et inde reversus pascha celebravit in castro, quod dicitur Sels. Post haec adsumens secum Bertradam reginam ad Sanctonas[a] civitatem pervenit ibique reginam[b] cum famulis dimisit et Petrogorico perrexit et interempto Waifario cum triumpho victoriae ad Sanctones[c] reversus est. Ibique moram faciens post aliquot dies aegrotare coepit et inde profectus Turonis venit et ad[d] orationem ad sanctum Martinum perrexit. Inde egressus Parisius ad sanctum Dionisium vix pervenit ibique diem clausit extremum VIII. Kal. Octobr. Et[e] domnus Carolus et Carlomannus elevati sunt in regnum, Carolus in Noviomo civitate, Carlomannus in Suessionis VII. Id. Octobr.; et celebravit Carolus[f] natalem Domini in Aquis, pascha in Rodomo civitate.

a) in ninivernis *B* 2. b) *deest (A.) A* 1. 2. *(B.) B* 2. 3, *in cod. B* 1 *supra lineam additum.* c) *deest A* 3; supradictum regem *corr. B* 3. d) caduriam *A* 3. e) factum *B* 3. f) langolare *B* 3. g) uuarmatia *A* 1. h) *deest A* 1. i) ab incarn. dñi *B* 2. k) *deest A* 2. l) aurilianis *B* 1. m) argentoinum *A* 1; argentomacum *A* 2; argentomachum *A* 3. n) contuendam *A* 2. o) salmontiaco *A* 2. p) *deest A* 1. q) sinodum habuit ventilataque quaestione Aquitaniam *A* 3. r) per narb. — ingressus *desunt B* 1. s) in mense *A*. t) pervenit *A* 2. 3. u) scocaliam *A* 2. v) torvinam *A* 3; torinna *B* 1; et torinnam *B* 2. w) ibi *B* 2. 3. x) santonas *A* 3. y) sorores *B* 1. z) herevicus *A* 3; heiuuiricus *B* 1. a) santonicas *A* 3. b) reginam — Waifario *mutavit A* 3. c) sanctonas *A* 2. 3. d) *deest A* 2. e) Et—Octobris *desunt A* 1. 2; Et—civitate *desunt A* 3. f) Karlomannus *A* 2; Karolus *B* 3.

Ann. Laur. Anno dominicae incarnationis DCCLXVIIII. Carolus[a] rex Aquitaniam cum exercitu intravit, eo[b] quod Hunaldus disposuisset rebellare, et totam Aquitaniam et Wasconiam auxiliante Deo in deditionem[c] recepit et Hunaldi[d] iniqua consilia dissipavit. Inde digressus ad Ecolensinam[e.1] civitatem venit et inde sumpsit plures Francos[f] cum armis et omnibus utensilibus eorum et abiit[g] super flumen Dorhdoniam[h] et aedificavit ibi castrum, quod dicitur[i] Frontiacus[k], et[l] in predicto presidio Francos collocavit. Deinde missos[m] direxit ad Lupum[n] Wasconem, mandans, ut sibi Hunaldum cum uxore representaret, qui ad eum confugerant[o]. Adductus est predictus Hunaldus cum uxore ad nominatum castrum; quem cum recepisset[p], in Franciam reversus est. Et celebravit natalem Domini in Duria et pascha in Leodio vico publico.

Anno dominicae incarnationis DCCLXX.[q] Carolus[r] habuit sinodum in Wormatia civitate; et[s] Berta regina perrexit in Baioariam[t] et inde Italiam ingressa est. Et rex celebravit natalem Domini in Mogontia[u] et pascha in Heristellio.

Anno dominicae incarnationis DCCLXXI. Carolus[v] rex[w] sinodum[x] habuit ad Valentianas[y]; et eodem anno Carlomannus rex defunctus est in villa Salmontiaco II. Non. Decembr. Venit autem Carolus ad villam Corbaniacum[z], ubi venerunt ad eum Folcarius et Folradus capellani cum aliis episcopis et sacerdotibus, Werinus et Adalhardus[a] comites cum aliis primatibus, qui fuerunt Carlomanni; uxor vero Carlomanni cum perpaucis[b] Francis partibus Italiae perrexit. Et celebravit rex natalem Domini in Adtiniaco[c] et pascha in Heristellio.

Anno dominicae incarnationis DCCLXXII. Carolus[d] rex sinodum[e] habuit[f] in Wormatia[g]; et inde perrexit partibus[h] Saxoniae et primo impetu Heresburgh[i] castrum cepit et ad Hermensul[k] usque pervenit et ipsum fanum[l] destruxit et aurum et argentum, quod ibi repperit[m], abstulit. Erat autem tunc siccitas magna, ita ut aqua deficeret in supra dicto loco; et dum vellet ibi rex duos aut tres dies manere, ut predictum fanum funditus destruere posset, et aqua exercitui deesset, subito divina largiente gratia omnibus insciis in quodam torrente aquae effusae[n] largissimae, ita, ut omnis[o] exercitus sufficienter haberet. Destructo fano rex super Wiseram[p] fluvium venit et ibi cum Saxonibus placitum habuit et accepit XII obsides et reversus est in Franciam[q]. Et celebravit natalem Domini in Heristellio et pascha similiter.

Anno dominicae incarnationis DCCLXXIII. rex perrexit[r] ad hiemandum in Theodonis villa, ubi eum adiit missus Adriani papae, nomine Petrus, invitans eum una cum Francis, ut pro Dei amore seu[s] pro iusticia sancti Petri adquirenda super Desiderium et Langobardos veniret. Venit prefatus legatus per mare usque Mas-

a) Karlomannus *A* 1. 2; Karolus *A* 3 *(ex Ekkehardo)*. b) eo—rebellare *desunt A* 3. c) dedicationem *B* 1 *(corr.* deditionem*)*. *B* 2. d) hunoldi *A* 3 *semper*. e) ecolonensem *B* 2. f) francorum *B* 2. g) habiit *A* 1. 2; habuit *B* 2. h) dornoniam *B* 1; dordoniam *B* 2; dorndoniam *B* 3. i) *deest A* 2. k) frontiacum *A* 1; fronticus *B* 2. l) ibique Francos *A* 3. m) misit ad *A* 3. n) lupem *B* 3. o) fugerant *A* 1. 2; fugerat *A* 3. p) repisset *A* 1. q) DCCLXVIII. *B* 2. r) Karolus *A*. s) et—est *ex Ekkeh. mutavit A* 3. t) baioriam *B* 1. u) magontia *(A) A* 2. 3; maogontia *A* 1. v) Karolus *A* 2. 3. w) *deest A* 2. x) conventum *A* 2. y) valentinianas *A* 1. 3. *B* 2. z) carboniacum *A* 3. a) adalardus *A* 3. *B* 1; adalht *B* 2. b) paucis *A* 2. 3. *B* 3. c) attiniaco *A* 2. 3. d) Karolus *A* 2. 3. *B* 2. e) generalem conventum *A* 3. f) tenuit *B* 1. g) uormatia *A* 2. h) in partes *A* 3. i) herespurgh *A* 1; heresburch *A* 2. 3. k) hemensul *A* 1. 2; ormensul *B* 2. l) phanum *A* 2 *semper*. m) repperit *A* 1. n) effusae sunt *A* 2. 3. o) omni exercitui sufficerent *A* 3. p) Wisaram *A* 3. q) frantiam *B*. r) pervenit *B* 2. 3; dum iret —, adiit eum *A* 3. s) s. P. iusticias defensurus adversus D. *A* 3.

1) Aequolesinam *(Angoulême) Ann. Laur.*

siliam[a], inde per terram usque ad[b] regem; et ideo per mare venit, quia viae clausae fuerunt a Langobardis Romanis. Tunc rex fideles consuluit, utrum *petitionibus apostolici assensum preberet: omnibus hoc conlaudantibus, illis in partibus profectus est Genevamque civitatem veniens sinodum tenuit et ibi exercitum divisit in duas partes. Ipse cum una parte per montem Cinisium perrexit et misit Bernardum[c] avunculum suum cum reliqua parte per montem Iovis; coniunxerunt autem se uterque exercitus ad clusas. Quod cum cognovisset Desiderius, regi et Francis cum armatis occurrit. Tunc rex castra posuit ad easdem clusas[d] et misit occulte unam scaram[e] de electis viris per montana. Hoc sentiens Desiderius statim clusas[d] reliquit et, quam citius potuit, Papiam ingressus est. Rex autem cum omnibus auxiliante[f] Domino et intercedente beato Petro sine lesione Italiam ingressus est et, cum ad Papiam pervenisset, Desiderium intrinsecus[g] latitantem obsedit; ibique in sua castra celebravit natalem Domini et pascha in Roma. Ann. Laur.

* p. 558a.

Anno dominicae incarnationis DCCLXXIIII. rex[h] dum[i] in[k] illis partibus pro[l] huiuscemodi[m] negotio moram faceret, Saxones occasione accepta, postpositis sacramentis, in finibus[n] Francorum impetum fecerunt et usque ad castrum, quod nominatur Buriaburgh[o], venerunt; quorum adventum incolae loci presentientes in iam dicta munitione se receperunt. Igitur cum prefata gens seviens coepisset forinsecus villarum aedificia concremare, venerunt ad quandam basilicam in loco, qui[p] dicitur Fricdislar[q], quam sanctae memoriae Bonifacius martyr consecravit, atque per[r] prophetiae spiritum predixit, quod numquam incendio cremaretur[s]. Ceperunt[t] autem prefati Saxones omni intentione certare adversus eandem basilicam, quemadmodum eam per quodlibet ingenium igne cremare potuissent. Et dum haec agerent, apparuerunt[u] quibusdam christianis, qui erant in castello, similiter[v] quibusdam[w] paganis, qui in eodem erant exercitu, duo[x] iuvenes in albis vestimentis[y], qui ipsam basilicam ab igne protegebant: et propterea non potuerunt neque interius neque[z] exterius ignem accendere. Interea nutu divinae[a] maiestatis pavore perterriti in fugam conversi sunt, nemine persequente. Inventus autem est[b] postea unus ex eisdem Saxonibus mortuus iuxta ipsam basilicam, flexis genibus adclinis supra pedes, habens ignem et ligna in manibus et velut[c] ore[d] flaret ipsam[e] basilicam crematurus.

Dum[f] haec aguntur, Carolus a Roma reversus Papiam venit ipsamque civitatem armis cepit, insuper Desiderium regem cum uxore sua et filia omnemque[g] thesaurum palatii; ibique[h] venientes omnes Langobardi de cunctis civitatibus Italiae eius se subdiderunt dominationi. Adalgisus vero[i] filius Desiderii regis fuga lapsus mare introiit[k] et Constantinopolim perrexit. Carolus[l] subiugata Italia et ordinata custodiam Francorum in Papia dimittens cum magno triumpho in Franciam reversus est; et cum venisset in locum, qui dicitur Hengilinheim[m], misit quatuor scaras[n] in Saxoniam: tres pugnam cum Saxonibus inierunt et Deo auxiliante victores extiterunt, quarta vero scara[o] non

a) masiliam *A* 1. b) *deest A* 2. c) Barnardum *A* 2. d) clausas *A* 1. *B* 1. 2. e) scalam *A* 2; turmam *A* 3. f) ausiliante *B* 3. g) intrinsecum *A* 1. *B* 2. h) Interea Saxones *A* 3. i) cum *A* 2. k) in illis in partibus *A* 1. *B* 1; illis in partibus *A* 2. l) moram fac. pro h. neg. *A* 2. m) huiusmodi *B* 2. n) fines *A* 3. o) buriaburg *A* 1; buriaburch *A* 3. p) *deest A* 1. q) fridislar *A* 3. r) prophetico spiritu *A* 2. s) cremari posset *A* 2. t) Ceperunt—potuissent *desunt A* 2. u) aparuerunt *B*. v) simul *A* 1. *B* 1. 3. w) et quibusd. *A* 2. 3. x) duos *A* 1. *B* 1. 2. y) vestibus *A* 2. 3. z) n. ext. *desunt B* 3. a) divino *A* 1; Dei *A* 3. b) *deest B* 2; est autem *A* 2. 3. c) velud oret *A* 1. *B* 2. d) suffiaret ore *A* 2. e) *deest A* 3; basil. ipsam *A* 2. f) Post haec igitur *A* 3. g) et omnem *A* 2. 3. h) ibi *A* 1; venientesque *A* 3. i) *deest A* 2. 3. k) introivit *A* 1. *B* 3. l) Karolus *A*. m) henglinheim *A* 2; hengilinhem *B* 2. n) scalas *A* 2; turmas *A* 3. o) scala *A* 2; vero sc. *desunt A* 3.

Ann. Laur. habuit pugnam, sed capta[a] magna[b] preda reversi sunt in Franciam. Et celebravit rex natalem Domini in Carisiaco[c] et pascha similiter.

Anno dominicae incarnationis DCCLXXV. rex habuit sinodum in villa, quae dicitur Duria, et inde Saxoniam pergens Sigiburgh[d] castrum cepit, Heresburgh[d] reaedificavit. Super Wisaram fluvium venit in loco, qui dicitur Brunisbergh[e], ubi occurrerunt ei Saxones volentes ripam supradicti fluminis defendere: auxiliante Domino et Francis decertantibus, fugatis Saxonibus Franci ambas ripas occupaverunt et multi Saxones occisi sunt. Tunc rex dividens exercitum sumpsit secum partem perrexitque usque ad Obaccrum[f] fluvium, ubi omnes orientales Saxones venientes cum Hassinon duce eo*rum dederunt obsides, iuxta quod * p. 558 b. placuit regi, et iuraverunt sacramenta. Similiter eo revertente venerunt Angrariis[g] in pago, qui dicitur Bucki[h], una cum Brunone[i] duce eorum et fecerunt, sicut orientales Saxones fecerant. Interea cum Francis, qui super fluvium Wisaram[k] remanserant, Saxones pugnam commiserunt; et[l] Deo largiente Franci victoria potiti sunt et plures ex Saxonibus interfecti sunt. Haec audiens rex, iterum super Saxones cum exercitu irruens multam stragem fecit et predam copiosam cepit super Westfaluos[m]; et coacti obsides dederunt. Obsidibus itaque receptis et preda multa capta[n] rex in Franciam reversus[o]. * p. Ubi ei nuntiatum est, quod Rotgaudus[p] Langobardus postponens fidem et sacramenta adversus eum rebellare disponeret: statim illis in partibus iter arripuit et celebravit natalem Domini in villa, quae dicitur Sclezistat[q] in Elisatio.[r.*]

Anno dominicae incarnationis DCCLXXVI. Carolus rex Italiam ingressus Foroiulanorum[s] partes petivit, Rotgaudum rebellem captum decollare[t] iussit, ad Tarvisium civitatem venit ibique pascha celebravit; et ordinatis rebus derelictisque[u] custodibus ex Francis in civitatibus, quae adversus eum senserant, in Franciam cum prosperitate reversus est. Interea Saxones cognita absentia regis more solito ruptis sacramentis in unum conglobati Heresburgh[v] castrum adgrediuntur, fraudulenter Francis suadent,

*) Eodem tempore Veneciae dux propter invidiam et insidias aliquantorum Venetiarum, dantes occasionem ei, ut Carolo regi Veneciam tradere vellet, a suis hominibus[w] captus est et Constantinopolim ad Constantinum imperatorem in exilium transmissus est. Quam rem idem imperator diligenter exquirens et fraudulentas insidias Venetiarum aperte cognoscens, illorum incusationes pro nichilo duxit et eundem ducem Anthipatrum patricii fecit. Quem cum legato et epistola sua ad Venetiam remisit et in propria sede eum honorabiliter restituit. Nam post mortem eiusdem Constantini predicti rebelles ducem interimere conabantur. Quorum consilium dux procaciter previdens Nicoforo imperatori ilico nunciandum misit; animadvertens autem imperator hoc facinus mox Nicetam patricium ad investigandam causam in Venetiam misit; qui illo veniens, patefactis culpis, duodecim ex illis infidis comprehendit; quos secum reducens iussu imperatoris in ergastulum cum vita destinavit *add. A* 1*a*.

a) cum *A* 3. b) preda magna *A* 1. 2. c) carisio *A* 2; karisiaco *A* 3. d) -burch *A* 1. 2; -burh *A* 3. e) brunesberh *A* 3; brunisgerh *B* 2. f) obacrum *A* 2. *B* 1. 2. g) *deest A* 2; angarii *A* 3. h) buchi *A* 2. i) branone *B* 3. k) uuisara *A* 1. l) sed *A* 2. m) estfaluos *B* 2; de westfalais *A* 3. n) coacta *A* 1. 2. o) reversus est *A* 2. 3; est rev. *B* 3. p) rotgauldus *A* 1. q) scleczistat *A* 1. 2. r) elizatio *A* 1. 3. s) foroulianorum *A* 3. t) decollari *A* 2. 3. u) que *deest A* 1. v) herespurgh *A* 1; heresburg *A* 2. w) omnibus *A* 1*a*.

ut de castro exeant et cum pace in patriam pergant. Sed[1] cum illi fallacibus monitis[a] minime assensum preberent, machinas preparant. munitionem obsidione cingunt et summis viribus certant, sed nihil proficiunt. Quadam itaque die cum iterum redivivo certamine bellum parassent, apparuit gloria Dei[b] manifeste supra domum ecclesiae, quae erat infra ipsum castrum, videntibus multis tam christianis quam paganis. Nam duo scuta apparuerunt supra prefatam basilicam sanguineo colore flammantia et velut in prelio quibusdam motibus agitantia. Itaque pagani hoc signum aspicientes timore et formidine repleti mox in fugam conversi sunt et in tanta amentia[c] devenerunt, ut strictis gladiis mutuis se armis confoderent. Quanto vero illi plus pavore perterriti fugerunt[d], tanto magis christiani confortati omnipotentem Deum[e] laudabant, qui salvos facit sperantes in se. Ex[2] predicto igitur loco cum tanta confusione discedentes venerunt ad aliud castrum, quod appellatur Desuburgh[f]; ubi voluerunt similiter facere, sed Deo auxiliante Francisque eis viriliter repugnantibus nihil prevaluerunt. Opidanis[g] vero persecuti sunt eos usque ad flumen, quod Lippa[3] dicitur, et multos ex eis interfecerunt. Itaque rex Wormatiam[h] veniens sinodum placitumque publicum[i] ibi tenuit et concilio *soluto mox Saxonum fines penetravit et, velut ingens tempestas omnia prosternit, munitiones irrumpit. Saxones perterriti ad locum, ubi Lippa oritur, venerunt, ibi se suamque[k] patriam regi tradiderunt et spoponderunt se christianos esse debere. Tunc rex una cum Francis restauravit Heresburgh[l] castrum et aliud castrum super Lippam; ubi venientes Saxones una cum uxoribus et parvulis innumerabilis multitudo baptizati sunt[m] in nomine sanctae Trinitatis. Post haec[n] obsides, quantos rex expetiit, dederunt. Reformatis autem castellis custodiisque dispositis Carolus in Franciam revertitur et celebravit natalem Domini in Heristellio et pascha in Niumaga[o].

Ann. Laur.

* p. 558 b.

* p. 559 a.

Anno dominicae incarnationis[p] DCCLXXVII. rex Saxoniam ingressus placitum tenuit in loco, qui dicitur Padresbrunna[q]; ubi omnes Saxones convenerunt excepto Widichindis[r], qui cum paucis Saxonibus in partibus Nortmanniae[s] confugit[t]. In eodem etiam loco venerunt Sarraceni de partibus Hispaniae, quorum haec sunt nomina: Ibin al Arabi[u] et filius Deiuzefi, qui Lammeioseph[v.4] nominabatur, et gener eius.* Ubi etiam multitudo Saxonum baptizati sunt[w] et sacra-

*) ibique se cum omnibus, quos regebant, ditioni regis Karoli subdiderunt *add. man. saec. XII. in cod. B* 3.

a) moniti sunt *A* 1. b) Domini *A* 2. c) in tantam amentiam *A* 2. 3. d) fugierunt *A* 1. e) dominum *B* 2. f) desuburg *A* 3. g) oppidani *A* 2. 3. h) uormatiam *A* 2. i) pullicum *B* 1; plublicum *B* 2. k) suam *A* 1. *B* 3; et suam *B* 2. l) heresburg *A* 2. m) baptizata est *A* 2. n) hoc *A* 2. o) niumago *A* 3; pascha similiter *A* 2. p) *deest A* 1. q) padorbr. *A* 3. r) uuitichindis *A* 2; widikindo *A* 3. s) nortmaniae *A* 1; normanniae *A* 2; nordm. *A* 3. t) confugilt *B* 1. u) ibina iarabi *A* 1. 2. v) iammeioseph *B* 2; latine ioseph *in B* 3 *corr. man. s. XII.* w) baptizata est *A* 3. *B* 2.

1) *Ea, quae sequuntur usque ad verba* sperantes in se, *Regino ex additamento quodam Annalium Laur.* (Dum enim per placita — — servos suos) *sumpsit, quod in eo exemplari, quo noster usus est, ita in margine adiectum videtur fuisse, ut ille ea verba non post* prevaluerunt, *sed post* destruxerunt *inserenda esse putaret.* 2) *In Ann. Laur. haec ita leguntur:* Inde pergentes voluerunt de Siiburgi *(Sigiburgo)* similiter facere, auxiliante Domino Francis eis viriliter repugnantibus nihil prevaluerunt. 3) Lippiam *Ann. Laur.* 4) latine Ioseph *Ann. Laur.*

Ann. Laur. menta secundum consuetudinem dederunt, ut perderent ingenuitatem et omnem hereditatem, nisi conservarent susceptam christianitatem et promissam fidelitatem regis et filiorum eius nec non etiam et Francorum. Carolus in Franciam reversus celebravit natalem Domini in Duciaco et pascha in Aquitania in villa, quae dicitur Casinogilo.

Anno dominicae incarnationis DCCLXXVIII. Carolus[a] cum exercitu Hispaniam ingressus est. Venit vero primo ad Pampilonem civitatem, deinde ad Cesaraugustanam urbem perrexit. Ubi innumerabilis multitudo de partibus Burgundiae[b] et Austrasiae[1] vel Boioariae[c] seu Provinciae[d] et Septimaniae, pars etiam Langobardorum in auxilium Francorum convenerunt[e]. Obsidione itaque cincta[f] civitate territi Sarraceni obsides dederunt et immensum pondus auri. Eiectis itaque Sarracenis de Pampilona murisque eiusdem civitatis dirutis Wasconibusque[g].* subiugatis in Franciam revertitur.

Interea Saxones audientes, quod Carolus cum Francis tam longa[h] terrarum spacia ab eis esset separatus, suadente Widichindo secundum consuetudinem iterum rebellati sunt[i] et ad Duciam[2] castrum, quod Coloniae civitati contiguum est, usque venerunt, cedibus, rapinis et incendiis omnia devastantes. Quod cum nuntiatum esset regi revertenti et iam commoranti Autissiodoro[k] civitati[l], misit idem princeps scaram[m] unam ex electis viris, quae eorum violentiae resisteret. Saxones audientes incolomitatem[n] regis et adventum Francorum in fugam conversi sunt; quos Franci e vestigio sequentes repererunt[o] eos super fluvium, cuius vocabulum est Adarna, in loco, qui dicitur Lihesi. Ubi pugna cępta[p] et finita Franci auxiliante Deo[q] victores extiterunt; et multitudo Saxonum ibi occisa est. Et celebravit rex natalem Domini in Heristellio et pascha similiter.

Anno dominicae incarnationis DCCLXXVIIII. Carolus[r] venit in villa[s], quae[t] dicitur Compendium, ubi se obtulit Hildebrandus Spolitanorum[u] dux cum[v] muneribus eiusque dominationi[w] se subdidit. Eodem anno sinodum tenuit in Duria et post haec Saxoniam ingressus usque ad Lippam venit. Conati sunt autem Saxones resistere in loco, qui dicitur Buochol[3], sed nihil prevaluerunt. Aperta autem via Westfalwos[x] subiugaverunt et omnes Saxones, qui ultra Wisaram[y] commorabantur. Veniens autem rex in loco[z], qui vocatur Medofulli, accepit obsides et sacramenta a Saxonibus, qui[a] ab eo defecerant, et reversus est in[b] Franciam. Et[c] celebravit natalem Domini in Wormatia civitate et pascha similiter.

Anno dominicae incarnationis DCCLXXX. Carolus[d] Saxoniam ingressus ad Heresburgh[e] venit et inde ad locum, ubi Lippa consurgit, et ibi sinodum tenuit. Inde *progressus ad Alviam[f] fluvium venit; * p. 559 b.

*) et Nabarris *add. m. s. XII. in B* 3.

a) Karolus *A*. b) purgundiae *B* 2. c) bawar. *A* 3 *semper*. d) provintie *B*. e) venerunt *B* 2. f) cuncta *B* 2. g) que *deest B* 3. h) longo t. spatio *A* 2. 3. i) rebellaverunt *A* 2. k) autissioro *A* 1; autisiodoro *A* 2. *B* 2; autissisoro *B* 1. 3. l) civitate *A*. m) scalam *A* 2; agmen *A* 3. n) incolum. *A* 2. 3. o) reppererunt *A* 2. 3. p) cepta *B*. q) domino *B* 2. r) Karolus *A*. s) villam *A* 1. 3. *B* 2. t) qui *B* 3. u) *deest B* 2. v) cum multis mun. *A* 3. *B* 1. w) se domin. *A* 2. 3. x) uuestfalaos *A* 3. y) uuisera *A* 2; uuisara *B* 3. z) locum *B* 2. a) quae *A* 1. b) in fr. *desunt B* 2. c) *deest A* 2. d) Karolus *A*. e) heresburch *A* 3. *B* 1; heresbuch *B* 2. f) albiam *A* 3.

1) Austriae *Ann. Laur.* 2) Diviciam *Ann. Laur.* 3) Bohholt *Ann. Laur.*

et in ipso itinere Bardongavenses[a] et multi de Nortliudis[b] baptizati sunt in loco, qui dicitur Horheim[c], ultra Obacrum fluvium et pervenit usque ad locum, ubi Iora[d.1] confluit in Albia. Dispositis itaque tam Saxonibus quam Sclavis in Franciam reversus est. Inito autem consilio, ut Romam pergeret orationis causa una cum coniuge Hildegarda, celebravit natalem Domini in Papia civitate. Ann. Laur.

Anno dominicae incarnationis DCCLXXXI.[e] Carolus iter pergens celebravit pascha in Roma. Et ibi baptizatus est filius eius Pippinus ab Adriano papa, qui et ipse eum de sacro fonte suscepit; et duo filii eius a supradicto pontifice inuncti sunt in regem[f], idem[g] Pippinus super Italiam, Ludowicus[h] super Aquitaniam. Inde reversus venit Mediolanum; ubi baptizata est filia eius Gisla[i] ab archiepiscopo Thoma[k], qui et ipse eam a sacro fonte levavit. His ita peractis reversus est in Franciam[l]. Per idem tempus legati apostolici Formosus et Damasus episcopi cum missis regis Siculfo[m.2] capellano et Euuardo magistro pincernarum[n] directi sunt ad Tassilonem[o] ducem, commonentes et[p] contestantes ex auctoritate apostolica, ut recordaretur priorum sacramentorum et non aliter faceret, nisi sicut iureiurando iam dudum promiserat Pippino regi et filiis eius. His admonitionibus consensit Tassilo[q] et sumptis obsidibus a rege venit Wormatiam[r], ubi renovavit sacramenta et dedit duodecim obsides; sed[s] non diu prefatus Tassilo[t] promissa conservavit. Celebravit autem rex natalem Domini in Carisiaco et pascha similiter.

Anno dominicae incarnationis DCCLXXXII. Carolus[u] Coloniam[v] veniens Rhenum[w] transiit et sinodum tenuit, ubi Lippa consurgit; ubi omnes Saxones convenerunt, excepto rebellis Widichindus[x]. Illic[y] etiam venerunt legati Godefridi[z.3] regis Nortmannorum[a], Altdeni[4] et Hosmundus[b], nec non etiam legati Avarorum[c] missi a Cacano[5] et Iugurro[d]. Peracto placito reversus est rex in Franciam. Saxones iterum[e] fidem violant, arma corripiunt, suadente Widichindo[f]. Rex autem ea tempestate miserat nuntios suos Adalgisum[g] et Geilonem atque Conradum[6] viros potentes, ut ducerent exercitum Francorum et Saxonum super Sclavos paucos[h], qui adhuc rebelles erant. Supradicti vero principes, cum iam in itinere essent, audientes, quod Saxones rebellassent[i], super eos arma verterunt et commisso prelio multos ex eis interfecerunt[k]; in qua pugna duo duces ceciderunt, videlicet Adalgisus et Geilo, in monte, qui dicitur Suntdal. Hoc audiens imperator cum Francis, quos sub celeritate congregare potuit, illuc perrexit et pervenit usque ad locum, ubi Alara confluit in Wisara. Tunc omnes Saxones iterum convenientes subdiderunt se sub potestate supradicti regis et reddiderunt seditiosos, qui illam rebellionem maxime terminaverunt[l], ad[m] occidendum quatuor milia quingentos viros. Widichindus[n] vero partibus Nortmanniae[o] aufugit.

p. 559 b.

a) bardogav. *B* 2. b) norliudis *A* 2; norhl. *B* 2. c) hordeim *A* 2; horham *B* 3. d) ora *A* 3. e) DCCLXXX. *B* 1. f) reges *A* 2. 3. g) id est *A* 2. h) lodouicus *A* 3; lodouuicus *B* 1. i) glisla *A* 1. k) toma *A* 1. *B* 1. l) frantiam *B*. m) sigulfo *B* 3. n) *deest B* 2. o) thasilonem *B* 3. p) et cont. *desunt B* 3. q) thasilo *B* 3. r) uorm. *A* 2. s) sed — conservavit *desunt B* 2. t) thass. *B* 3. u) Karolus *A*. v) comam *B* 3. w) renum *B* 3. x) uuindichindis *A* 2; exceptis sociis r. widikindi *A* 3. y) illuc *A* 3. *B* 2. z) gotdefr. *A* 2. a) normann. *A* 2. *B* 1. 3; nordm. *corr. B* 1. b) hosmondus *B* 3. c) avarum *A* 2. d) iugorro *B*; cacanoriogorro *A* 2. e) igitur *B* 2. f) widik. *A* 3 *semper*. g) ad adelg. *B* 3. h) psucos — in qua pugna *ex Ekkeh. mutavit A* 3. i) rebellantes *corr.* rebellarent *B* 3. k) occiderunt *B* 3. l) minaverunt *B* 3. m) ad occ. *desunt A* 2. n) Vuindich. *A* 2. o) norm. *A* 2. *B* 3.

1) Ora *Ann. Laur.* 2) Riculfum *Ann. Laur.* 3) Sigifridi *Ann. Laur.* 4) Halpdani cum sociis suis *Ann. Laur.* 5) *Non vidit noster Caganum non nomen, sed titulum regis Avarorum fuisse; v. infra a.* 796. 6) Woradum *Ann. Laur.*

Ann. Laur. Interfectis[a] itaque seditiosis exilioque dampnatis rex in Franciam reversus est et celebravit[b] natalem Domini in Theodonis villa et pascha similiter.

Anno dominicae incarnationis DCCLXXXIII. obiit[c] Hildegardis regina pridie Kal. Mai., quod evenit tunc in vigilia ascensionis Domini*; et rex iterum Saxoniam ingressus est, eo quod Saxones rursum[d] rebellassent, et cum paucis Francis ad Thietmalli[e] venit. Ibi[f] Saxones paraverunt pugnam in campo viriliter. Tunc rex cum Francis super eos irruit et magnam stragem ex eis fecit, ita ut perpauci fuga laberentur. Post peractam victoriam venit rex ad Paderbrunna, ubi coadunato exercitu denuo super Saxones irruit, qui se sociaverant super fluvium, cuius vocabulum est Asa. Ibi iterum pugna inita non minor numerus Saxonum cecidit, quam in superiori prelio ceciderat[g]. Tunc rex Wisaram[h] transiit et ad Albiam[i] usque pervenit; post haec in Franciam[k] revertitur. Eodem anno obiit Berta regina IIII.[1] Id. Iul.**: et cum Wormatiam[m] pervenisset[n] rex, sociavit sibi[o] in matrimonium Fastradam regi'nam; et celebravit natalem Domini in Heristellio et pascha similiter. * p. 560a.

Anno dominicae incarnationis DCCLXXXIIII.[p] Carolus ingressus est Saxoniam, eo quod iterum rebellassent et cum eis aliqua pars Fresonum, et pervenit usque ad Huculvi[q] circumeundo et vastando omnia. Erat autem nimia inundatio aquarum. Ipse igitur per Turingiam[r] ab orientali parte intravit super Hostfalaos[s], porro filium Carolum dimisit cum valida manu contra Westfalaos. Itaque[t] rex Turingiam ingressus pervenit usque ad fluvium Albiae[u] et inde ad Tagnpfurt[v.1], deinde ad Scainingе[w], ex quo loco reversus est in Franciam. Westfalai vero congregaverunt se iuxta Lippam, quibus occurrit filius regis in pago, qui dicitur Dragini; et inierunt pugnam. Quibus viriliter superatis reversus est Wormatiam ad genitorem suum. Rex itaque consultis fidelibus, iterato hiemis tempore Saxoniam[x] intravit et celebravit natalem Domini iuxta[y] Skidrioburch[z.2] Wizzagawi[a] super fluvium Ambra in villa, quae dicitur Liuhidi[b].

Anno dominicae incarnationis DCCLXXXV, rex usque ad Rine[c.3] pervenit[d] super fluvium Wisaram[e], ubi confluit Wachna[f.4], et propter nimiam inundationem aquarum inde reversus est Heresburch[g]. Ubi uxorem suam Fastradam cum filiis et filiabus venire iussit et ibi tota[h] hieme resedit. Ibi etiam pascha celebravit et multis vicibus scaras[i] super Saxones misit et eorum castra depredatus est; et in Maio[5] sinodum ad Paderbrunna[k] habuit[l] et inde iter pergens nullo contradicente totam Saxoniam circuivit. Venit autem in Bardengawi * p.

*) et sepulta est in basilica S. Arnulfi in urbe Mettensi *add. m. s. XII. in cod. B* 3 *(Mettensi).*

**) et sepulta est in Cauciaco, sed inde translata Parisius sepulta est in ęcclesia sancti Dionisii martiris *add. m. s. XII. in B* 3.

a) Interf.—rev. est *desunt A* 3. b) cel. rex *B* 3. c) obiit—Domini *ex Ekkeh. mutavit A* 3. d) iterum *A* 2. *B* 2. 3. e) thiethmalli *A* 2. f) ib'que *A* 2; ubi *B* 2. g) cecidit *B* 2. h) uuiseram *A* 2. *B* 3; uuizaram *A* 3. i) albam *A* 2. k) frantiam *B*. l) IIII. id. iul. *desunt A* 3. m) uorm. *A* 2. n) venisset *B* 2. o) *deest A* 1. 2. p) DCCLXXXIII. *A* 1. q) hucculvi *B* 2. r) thuringiam *A* 3 *semper*. s) Ostfalaos *A* 3. t) Igitur *B* 2. u) abbiae *B* 1. 3. v) tagnofort *A* 3. w) scainninge *A* 1. 2; scainingge *A* 3. x) saxonam *A* 1. y) *deest B* 1. 2. z) kidriob. *A*; kidrioburch *A* 1; k'drioburh *A* 3. a) uuizauui *B* 3. b) liubidi *B* 3. c) roie *B* 3. d) *deest A* 2; venit *B* 2. e) wizaram *A* 3; uuisara *B* 2. f) uuahna *A* 1. 2; euuhanna *B* 3. g) heresburh *B* 3; herecburgh *A* 2. h) totam iemen *B* 3. i) scalas *A* 2. k) paderbrunno *A* 3; paderbronna *B* 3. l) habit *A* 2.

1) Stagnfurt *Ann. Laur.* 2) Skidr. in pago Wizz. *Ann. Laur.* 3) Rimie *Ann. Laur.* 4) Waharna *(Werne) Ann. Laur.* 5) dum tempus congruum venisset *Ann. Laur.*

et inde misit post Widichindum[a] et Abbionem[b] et utrosque ad se fecit venire; quos sacramento firmavit, ut in Franciam ad eum venirent. Qui acceptis obsidibus ad[c] Adtiniacum ad regem venerunt ibique baptizati sunt; et[d] tunc tota Saxonia subiugata est Francis. Et in eadem villa celebravit rex natalem Domini et pascha similiter. Ann. Laur.

Anno dominicae incarnationis DCCLXXXVI. Carolus[e] misit exercitum suum partibus Brittanniae[f] una cum misso suo Odulfo principe cocorum[g.1]; ubi multa castella[h] adquisierunt Franci et eorum primates representaverunt Wormatiam[i] regi in publico conventu. Tunc rex videns se ex omni parte pacem habere, Romam perrexit orationis causa et, ut ibi cum missis imperatoris colloquium haberet; et celebravit natalem Domini in Florentia civitate.

Anno dominicae incarnationis DCCLXXXVII. Carolus[k] Romam venit et a pontifice Adriano honorifice[l] susceptus est; ubi aliquot dies moratus est. Quod cum audisset Herigisus[m.2] dux Beneventanorum[n], timore[o] perterritus misit Romaldum filium suum cum magnis muneribus ad regem, postulans pacem et[p] promittens se omnem voluntatem eius facturum. Sed his suasionibus minime apostolicus credidit, sed magis hortatus est regem, ut Beneventi fines intraret, quod et fecit. Et cum Capuam venisset, Herigisus[q] reliquit Beneventum et in Salernum secessit ibique se munivit. Exinde misit filium suum[r] Grimaldum — nam[s] Rumaldum[t] rex secum retinebat, — cum magnis muneribus, offerens obsides et promittens omnem fidelitatem, tantum ut ab inpugnatione cessaret. Tunc rex cum consultu[u] fidelium et sacerdotum, ne penitus episcopia et monasteria devastarentur, elegit XII obsides et tertium decimum filium supradicti ducis Grimaldum[v]; et accepta[w] munera iuraverunt[x] ei[y] omnes Beneventani. Et reversus est Romam ibique celebravit pascha cum presule sedis apostolicae. Venerunt etiam in eodem loco missi Tassilonis[z] Arnus[a] episcopus et Hunricus abba[b], rogantes papam, ut pacem faceret litemque terminaret inter Carolum regem et Tassilonem ducem. Ex[c] qua causa multum certatus est[d] apostolicus. Rex autem ad postulata respondit, se hoc[e] per
* p. 560 b. multa tempora quaesisse, *sed minime optinere[f] potuisse: ne tamen inoboediens videretur esse[g] monitis apostolicis, asseruit se in presentia[h] eiusdem papae cum[i] eisdem missis pacem velle firmare. Illis autem renuentibus atque dicentibus non se audere pro seniore definitivam[k] proferre sententiam neque se ad hoc[l] destinatos esse, videns apostolicus ficta[m] mendatia et cognoscens instabilitatem ducis iratus anathematizavit predictum Tassilonem et omnes illi faventes, nisi fidelitatem, quam regi Pippino et filio eius Carolo[n] promiserat, per omnia observaret; contestans per eosdem missos eundem virum et monens, ne per eius obdurationem et perfidiam sanguis christianorum funderetur et terra devastaretur. Et si ipse dux nullatenus oboedire vellet, tunc Carolus[n] et exercitus eius absoluti essent a Deo et sancto

p. 560 a.

a) widik. *A* 3. b) albionem *A* 3. *B* 2; albonem *A* 2; abionem *B* 1. c) *deest B* 2. d) et tunc tota et in — similiter Saxonia — Francis *B* 1 *(corr.* et in — similiter. Et tunc t. Sax. — francis*)*. 2. e) Carolus — cocorum *ex Ekkeh. mutavit A* 3. f) brintanniae *B* 2. g) coquorum *A* 2. h) castra *B* 2. i) uorm. *A* 2. k) Karolus *A*. l) *deest A* 1. m) erengisus *B* 3. n) beneventorum *B* 2. o) et tim. *B* 2. p) *deest B* 2. 3. q) erigisus *B* 3. r) *deest B* 1. 2. s) nam — retinebat *desunt B* 3. t) romaldum *A* 2. 3. u) consulto *A*. v) grimandum *B* 3. w) accepit *A*. x) Et iur. *A*. y) et *B* 2. z) thasil. *B* 3 *semper*; mistassilonis *B* 2. a) artnus *B*. b) abbas *A*. c) Ex — respondit *ex Ekkeh. mutavit A* 3. d) decertavit *B* 2. e) *deest A* 1. f) obtinere *A*. g) *deest A* 2. h) in eiusd. p. pres. *A*. i) cum — neque se ad *desunt A* 2. k) difinitivam *B* 1; diffin. *B* 2. l) haec *A* 2. m) facta *B* 2. n) Kar. *A semper*.

1) sinescalco *Ann. Laur.* 2) Arigis *Ann. Laur.*

Ann. Laur. Petro; et, quicquid in ducatu eius perpetratum esset in incendiis et homicidiis vel qualicumque malitia, totum hoc super[a] Tassilonem et socios eius verteretur[b], et rex et Franci essent[c] innoxii. His verbis absolutis missis Tassilonis rex oratione ad limina apostolorum completa et benedictione percepta in Franciam[d] gressum dirigit et Wormatiam[e], ubi erat Fastrada[f] coniunx eius, pervenit. Ubi sinodum congregavit et manifestavit sacerdotibus et optimatibus regni causas itineris et, qualiter versutia Tassilonis coram summo pontifice esset deprehensa. Misit itaque cum consultu[g] fidelium ad eundem Tassilonem monens, ut apostolicis adhortationibus obtemperaret. Qui cum nollet obedire, rex partibus Baioariae[h] exercitum movit et venit in loco, qui dicitur Lechfeld[i], super civitatem Augustam; et venerunt orientales Franci et Thuringi[k] et Saxones super Danubium in[l] loco[m], qui dicitur Faringa. Porro Pippinus rex de Italia cum exercitu venit ad[n] Trientum. Tunc perspiciens se Tassilo[o] ex omni parte esse circumdatum et videns, quod Baioarii[p] magis essent fideles Carolo[q] quam[r] sibi, undique coartatus venit ad eum tradens se manibus eius ad servitium, reddens[s] ducatum sibi[t] commissum a Pippino rege, et se in omnibus peccasse et male egisse confessus est; et denuo renovans sacramenta dedit XII obsides electos et XIII. filium suum Thiodonem[u]. Rex receptis obsidibus reversus est in Franciam[v] et celebravit natalem Domini in Engilinheim[w] et pascha similiter.

Anno dominicae incarnationis DCCLXXXVIII. rex congregavit sinodum in prefata[x] villa; ibique venit Tassilo. Coeperunt autem eum Baioarii[y] accusare, quod fidem promissam violasset suadente uxore Liutberga. Et[z] obiecta Tassilo denegare non potuit, sed[a] comprobatus[b] est se[c] ad Avaros postea[c] transmisisse et in vitam fidelium regis consiliasse[d]. Ad ultimum[e] confessus est se dixisse, etiam[c] si decem filios haberet, omnes mallet[f] amittere, quam ita maneret, sicut iuraverat. Ex his et aliis multis ab omnibus diiudicatus est ad mortem. Et cum omnes capitalem sententiam proclamarent, rex misericordia motus, eo quod consanguineus eius esset, obtinuit ab ipsis Dei et suis fidelibus, ne[g] moreretur. Interrogatus ergo a rege, quid agere vellet, terrae prostratus licentiam in monasterium intrandi expetiit, ut ibi peccata sua deplorare potuisset; similiter et filius eius[h] Thiodo[i] fecit. Igitur attonsi sunt et in monasterium missi; pauci Baioarii[k], qui cum Tassilone senserant, in exilium sunt missi.

Eodem anno commissum est bellum inter Grecos et Langobardos, ducibus Hildebrando[l] de Spoleto[m] et Grimaldo de Benevento[n] et Winegiso a rege directo cum Francis: et fugati sunt Greci et victores extiterunt Franci et Langobardi. Per idem tempus pugna commissa est inter Avaros et Francos, qui in Italia habitabant: et Deo largiente victoriam optinuerunt Franci. Tertia pugna commissa est inter[o] Avaros et Baioarios[p] in campo Ibore[1], et fuerunt ibi

a) in *A* 2. 3. b) vertatur *A*. c) persistant *A*. d) frantiam *B*. e) uorm. *A* 2 f) frastada *B* 3. g) consulto *A*. h) bauuariae *A*; baioriae *B* 1; baiouuariae *B* 3. i) lehfeld *A* 1. 2; lechfelt *B*. k) tyringi *A* 1; turingi *A* 2. l) in — Faringa *desunt A* 3. m) locum *B* 2. n) *deest A*. o) tassilo se *A*. p) bauuarii *A* 2. 3; baiouuarii *B* 3. q) Kar. *A semper*. r) q. sibi *desunt A* 2. s) reddensque *A* 3. t) a Pipp. r. sibi comm. *A* 2. u) theodonem *A*. v) frantiam *B*. w) inglenheim *A* 1. 3; inglehin *A* 2; engilenhiem *B* 3. x) eadem *A* 2. 3. y) bauuarii *A*; baiouuarii *B* 3. z) Obiecta vero *A*. a) sed — est *desunt A* 3. b) convictus *A*. c) *deest A*. d) consiliatus fuisse *A*. e) Ad ultimum tamen *A* 1. 2; et ad ult. *A* 3. f) magis vellet B. g) ut non *B*. h) *deest A* 2. i) theodo *A* 2; thiedo *B* 2; theudo *B* 3. k) bauuarii *A* 2. 3 *semper*; baiorii *B* 1. l) ilderando *B* 1. m) spoletino *A* 1. 2; spolitano *A* 3. n) beneventano *A*. o) in *B* 3. p) bauuar. *A* 2. 3.

1) Ibose *(Ips) Ann. Laur.*

missi regis Grahaman'nus[a] et Odacer[b.1] cum aliquibus Francis, et Deo auxiliante victoria fuit Francorum seu Baioariorum. Haec omnia supradictus Tassilo et uxor eius Liutbirgis[c] terminaverant[d]. Quarta pugna fuit contra Avaros, qui voluerunt vindicare eos, qui in proelio superius dicto ceciderunt[e], sed Deo adiuvante victoria christianis cessit. Post haec Carolus ad Reganesburgh[f] venit ibique marcas et fines Baioariorum disposuit. Indeque[g] reversus est in Franciam et celebravit natalem Domini in[h] Aquis palatio et pascha similiter. Ann. Laur.

Anno dominicae incarnationis DCCLXXXVIIII. rex Rhenum[i] ad[k] Coloniam transiit et Saxoniam ingressus usque[l] ad[m] Albiam fluvium venit. Ibique duos pontes construxit et ex utraque[n] parte pontis castra aedificavit[o] ex lignis et terra; et inde progressus Sclavorum fines intravit et Sclavos cognomento[p] Wilzi[q] suo dominio[r] subiugavit. Fuerunt[s] cum eo in eadem[t] expeditione Franci et[u] Saxones, Fresones autem[v] navigio venerunt per Habola[w] fluvium. Fuerunt etiam cum eo Sclavi Surbi[x] et Abotridi[y], quorum princeps vocabatur Witzan[z]. Obsidibus itaque receptis reversus est in Frantiam; et celebravit natalem Domini in Wormatia[a] et pascha similiter.

Anno[b] dominicae incarnationis DCCXC. nullum iter fecit rex[c], sed in supradicta[d] civitate rex[e] celebravit natalem Domini et pascha similiter.

Anno dominicae incarnationis DCCXCI. Carolus partibus[f] Baioariorum perrexit et ad[g] Reganasburgh[h] venit, ubi et[i] exercitum suum convenire[k] iussit. Ibique cum consilio optimatum regni disposuit ire in Avarorum regnum propter malitiam intolerabilem, quam in Galliarum populos gesserunt[l] et in ecclesiis[m] Dei. Venit ergo cum exercitu usque ad Anisam[n] fluvium; ubi triduanum ieiunium[o] cum letaniis fecerunt, postulantes pro salute exercitus et adiutorio Dei et vindictam inimicorum. Rex itaque litora[p] Danubii de australi parte tenuit, Saxones autem cum quibusdam Francis et plurima multitudine Fresonum de aquilonali[q], et ita pergentes pervenerunt[r], ubi iam dicti Avari[s] munitiones habebant[t] paratas, de australi parte ad Cuumberg[u.2], de aquilonali[v] vero ripa in loco, qui dicitur Camp; sic enim nominatur ille fluvius, qui ibi influit in Danubium[w]. Itaque Avari[x] cum ex utraque ripa[y] vidissent[z] exercitum et classem per medium fluvium venientem, tantus terror Deo faciente super eos cecidit[a], ut dimissis presidiis munitionum fugae latibula quaererent; et sic Christo duce uterque exercitus absque lesione Pannoniam[b] introivit. Pervenit autem rex usque

a) gahamannus *A* 2; garhamannus *A* 3. b) odacar *B* 1. 2; eodagar *B* 3. c) liutburgis *A* 3; liutbirga *B* 2; liutberga *B* 3. d) terminaverunt *B* 2. e) ceciderant *B* 1. 3. f) radasbonam *A* 1. 2 *semper*; ratisponam *A* 3 *semper*; -burch *B* 1; -burg *B* 2; regalesb. *B* 3. g) idemque *A* 2; que *deest B*; Et inde *B* 3. h) *deest A* 2. i) renum *A* 3. *B* 2. 3. k) coloniae *A*. l) *deest A* 3. *B* 2. m) *deest A* 1. *B* 3. n) utra *A* 1; ex utr. constr. *B* 1. o) fecit *A*. p) vocabulo *A* 1. 2; qui vocantur *A* 3. q) uuizi *A* 2; uuiltzi *B*. r) domino *A* 1. s) Fuerunt autem *A* 1. 2. t) *deest A* 2; in eodem exercitu *B* 1. 3; in eod. loco exercitu *B* 2. u) *deest B*. v) vero *A* 2. w) habolam *A*; abola *B* 3. x) survi *B*. y) auitrizi *B* 1. 3; autirici *B* 2. z) uuizan *A* 2. a) uuormacie *A* 1; uormatiae *A* 2; in uuarm. civitate *B* 3. b) Anno — similiter *desunt B* 3. c) rex fecit *A* 2. 3. d) predicta *A* 2. e) *deest A* 2. f) ad partes *A*. g) *deest A*. h) reganasburch *B* 1. 3. i) *deest B*; ex exerc. *B* 2. k) venire *B* 3. l) commiserunt *B* 2. m) et ecclesias *A*. n) anisum *B* 2; insam *B* 3. o) cum let. fec. iei. *A* 2. p) littora *B*. q) aquilonari *A* 1. 2. r) venerunt *B* 2. s) avares *B*. t) habebant mun. *A* 1. 3; habitabant mun. *A* 2. u) -berch *(B.) B* 2; -brech *B* 1; -berth *B* 3. v) aquilonari *A*. w) in danubio *B* 1. x) avares *B*. y) parte *A* 1 *(supersor.* vel ripa*)*. 2; parte ripa *B* 3. z) vidissent ex utr. r. *B*. a) illos invasit *A*. b) in pann. *B* 3.

1) Audacrus *Ann. Laur.* 2) Cumeoberg *Ann. Laur.*

Ann. Laur. ad fluvium, qui vocabatur[a] Raba[b], omnia cedibus, incendiis[c] rapinisque devastans; et inde reversus Reganasburgh[d] celebravit ibi natalem Domini et pascha similiter.

Anno dominicae incarnationis DCCXCII. Feliciana heresis[*] condempnata est. Quem Felicem Engilbertus in presentiam[e] Adriani pontificis adduxit; et post confessionem heresim abdicavit. Eodem[f] anno nulla expeditio facta est, sed tantum pons[g] super naves ad flumina transeunda[h] compactus est anchoris et funibus ita coherens, ut iungi et dissolvi possit. Et celebravit rex natalem Domini in eodem loco, id est Reganasburgh[i].

Anno dominicae incarnationis DCCXCIII. Carolus de[k] Reganasburgh[i] proficiscens ad fossatum magnum inter fluvios[l] Alcmonia[m] et Radenza venit, ibique summi pontificis missi cum magnis muneribus in presentiam[e] eius venerunt; ibi etiam nuntiatum est ei, Saxones iterum more solito fidem et promissa violasse. Inde navigio per Radenza[n] Mohin[o] ingressus natalem Domini celebravit in Wirzaburgh[p].[**]

Anno dominicae incarnationis DCCXCIIII. celebravit rex pascha in Franconofurt[q] ibique congregavit[r] sinodum magnam episcoporum Galliarum, Germanorum, Italorum[s]; ubi fuerunt missi apostolici Theophilus[t.1] et Stephanus episcopi. In hac sinodo tertio condempnata est heresis Feliciana, quam dampnationem per auctoritatem sanctorum patrum in libro conscripserunt; *quem librum omnes sacerdotes manibus propriis subscripserunt[u]. Eodem[v] tempore obiit[w] Fastrada regina et in monasterio sancti Albani honorifice sepulta est. Pseudosinodus Grecorum, quam pro adorandis imaginibus fecerunt, a pontificibus reiecta est. Post[x] haec rex diviso in duas partes exercitu, Saxoniam ingressus est: ipse per Thuringiam[y], Carolus vero[z] filius eius ad Coloniam[a] Rhenum[b] transivit[c]. Saxones[d] vero congregantes se[e] in loco, qui dicitur[f] Finisfelt[2], preparaverunt se ad pugnam. Cum vero audissent se ex duabus partibus esse circumdatos, dissipavit Deus consilia eorum; et, quamvis fraudulenter, christianos se esse et fideles regi fore[g] promiserunt. Rex in Franciam reversus celebravit natalem Domini in Aquis palatio[h] et pascha similiter. * p. 561b.

Anno dominicae incarnationis DCCXCV. rex venit Magontiam[i] ibique tenuit placitum suum in villa, quae dicitur Cuffinstein[k.3], in suburbio eiusdem urbis[l]. Audiens vero, quod Saxones secundum[m] consuetudinem[m] promissionem suam[m], quam de observanda christianitate et fidelitate regis tenenda fecerant, irritam[n] fecissent[o], cum exercitu[p] Saxoniam intravit et usque ad fluvium Albia[q]

*) apud Ragenesburc *add. m. s. XII. in B* 3.

**) apud Sanctum Kilianum *add. m. s. XII. in B* 3.

a) dicitur *A*. b) rabba *B* 3. c) ac inc. *B* 1. 2. d) reganasburch *B* 1; -burgh *B* 2; reginesburth *B* 3. e) presentia *B* 1. 3. f) Et eodem *A* 1. g) *deest A* 1; pontes *A* 2. h) transire *B*. i) reganasburch *B* 1; reganesbuth *B* 3. k) *deest A* 1. 2; a *A* 3. l) *deest B*. m) alcmonam et radinzam *A*. n) radinzam *A* 1. 3; radizan *A* 2; radenzam *B* 1. o) mogonum *A*; mohim *B* 3. p) uuirze- *A* 1. 2; uuirce- *A* 3; uuurza- *B* 2; uuitza- *B* 3; -burch *A* 1. *B* 1; -burg *A* 3; -burh *B* 2; burhc *B* 3. q) -ford *A* 2; -vord *A* 3. r) congavit *A* 1. s) italarum *A* 1. t) theophinus *B* 2. u) conscr. *A* 2. *B* 2. v) Eodem — Post haec *ex Ekkeh. mutavit A* 3. w) fastr. reg. ob. *A*. x) Rex autem post haec *A*. y) tyringiam *A* 1; turingiam *A* 2. *B* 3. z) *deest B*. a) coloniae *A*. b) renum *B* 3. c) transiit *A*. d) Tunc Sax. congr. *A*. e) *deest A* 2. f) q. d. *desunt A* 1. *B* 2. g) *deest A*. h) palatii *B* 3 *saepius*. i) mogontiam *A* 3. *B* 3; mogontia *B* 2. k) cufstein *A* 1. 3; cufsteim *A* 2; cuffistein *B* 3. l) civitatis *A*. m) *deest A*. n) irrita *B* 2. 3. o) haberent *A*. p) cum hoste *A* (hostiliter *A* 3). q) albiam *A*.

1) Theofilactus *Ann. Laur.* 2) Sinitfelt *Ann. Laur.* 3) Cuffinstagn *Ann. Laur.*

pervenit ad locum[a], qui dicitur Hliuni[b], in quo hisdem diebus Wizzan[c] Abrotidorum[d] rex a Saxonibus occisus fuerat. Ibi etiam venerunt missi Thudun[e], qui in gente et regno Avarorum[f] magnam potestatem habebat, affirmantes[g], quod idem Thudun[h] cum terra et populo suo se regi[i] dare vellet[k] et[l] eius ordinatione christianam fidem suscipere. Rex itaque afflictis magna ex[m] parte Saxonibus eorumque terra vastata acceptis obsidibus in Franciam rediit et celebravit natalem Domini Aquis et pascha similiter. Ann. Laur.

Anno dominicae incarnationis DCCXCVI. Adrianus papa obiit et Leo mox in pontificatu[n] successit. Statimque misit regi legatos cum muneribus, claves[o] etiam confessionis sancti Petri et vexillum Romanae urbis direxit. Heinricus[p] dux Foroiulanorum[q] missis hominibus suis cum Wonomiro Sclavo in Pannonia[r] Iringum[s.1] gentis Avarorum principem longis retro temporibus quietum[t], civili bello fatigatis inter se principibus, inprovise[u] expoliavit. Caganus et[2] Iuguro[v] intestina clade interempti sunt; thesaurum priscorum regum multa seculorum prolixitate collectum idem dux Carolo ad Aquis palatium misit. Quo accepto peracta largitori omnium bonorum gratiarum actione magnam partem inde Romam ad limina apostolorum misit per Angelbertum[w] abbatem. Porro reliquam partem optimatibus, clericis sive laicis, ceterisque fidelibus suis largitus est. Per idem tempus Thudun secundum promissionem suam cum magna parte Avarorum[x] ad regem venit et se cum populo suo et patria regi tradidit; et ipse et populus eius baptizatus est, et muneribus susceptis redierunt ad propria. Eodem[y] tempore rex cum exercitu Saxoniam ingressus est[z], et Pippinus rex in Pannoniam[a] cum exercitu introivit[b]. Venit autem legatio Pippini regis ad patrem in Saxoniam, quae dixit[c], quod[d] Avares[e] post interfectionem priorum ducum super[f] se constituissent regem nomine Kaiam[3] et[g] Pippinus contra eum certare disponeret. Rex peragrata Saxonia in Franciam se recepit et in Aquis palatio filium suum Pippinum e[h] Pannonia redeuntem et partem thesauri, quae remanserat, adducentem laetus aspexit. Et[i] celebravit in[k] eodem loco natalem Domini et pascha similiter. p. 561 b.

Anno dominicae incarnationis DCCXCVII. Barcilona[l] civitas Hispaniae, quae iam pridem a Francis disciverat[m], per Thathun[4] prefectum ipsius Francis est reddita: nam ipse ad palatium veniens civitatem cum semetipso[n] regi tradidit[o]. Eodem[p] tempore expeditio facta est in Saxoniam, et usque ad oceanum trans omnes paludes et invia loca pertransiit[q] exercitus. Et rex de[r] Adulohoc[s.5] regressus[t] — hoc enim loco[u] nomen est, ubi[v] oceanus Saxoniam alluit, — tota

a) in loco *A* 2. b) hluiuni *B* 3. c) witzan *A* 3. d) abotrid. *A* 1. 2; abodrit. *A* 3. e) thuduno *A* 1; tudun *B* 3. f) avarum *B*. g) *deest A*. h) thudu *B* 2; tudun *B* 3. i) regi se *A* 1. 3; regi dare se *A* 2. k) vellet affirmantes *A*. l) se *A* 2. m) ex p. *desunt A* 2. n) pontificatum *B* 2. o) portantes cl. conf. *A* 1. 2; cri et cl. conf. *A* 3. p) henricus *A* 3; einicus *B*. q) foroiulianorum *A* 1. r) pannoniam *A*. s) irigum *B* 3. t) qui et tum *B* 1; qui eum *B* 2. u) inprovisis *B* 3. v) iugurro *A* 3; iugoro *B*. w) engilbertum *B*. x) avarum *B*. y) Eo *B* 2. z) intravit *A*. a) *deest A* 2; pannonia *B* 2. b) rex pann. hostiliter invasit *A*. c) quae retulit *(A.) A* 1; qui ret. *A* 2; referens *A* 3. d) *deest A*; quia *B* 3. e) avaros *A*. f) regem sibi constituisse *A*. g) et quod *A* 3. h) a *B* 2. 3. i) Et — similiter *desunt B* 2. k) nat. Dom. in eod. l. *A* 2. l) barcinona *B* 3. m) desciverat *A* 1. 3; descisserat *A* 2. n) cum sem. *desunt A* 3; secum *(A.) A* 1; se cum civitate *A* 2. o) dedit *A* 2. p) eo *B* 2; post haec *A* 3. q) transiit *A*. r) *deest A* 2. s) adulohog *A*; adulohoo *B* 1. t) *deest A*. u) loci *B* 3. v) ubio oc. *B* 1.

1) hringum *(i. e. urbem) Ann. Laur., unde temere Regino principis nomen fecit.* 2) *Falso noster ex Iuguro Cagano, i. e. rege, duos principes fecit; v. supra a.* 782. 3) *Ann. Laur.:* occurrisse ei Kagan cum ceteris obtimatibus, quem sibi Avares post interfectionem priorum constituerunt. 4) Zatum *Ann. Laur.* 5) Haduloha *Ann. Laur.*

Ann. Laur. Saxonum gente in deditionem per obsides accepta in[a] Aquis palatio[a'] reversus est. Ubi Abdellam Sarracenum[b], filium Ibinmagae[c] regis, qui a fratre regno pulsus in Mauritania exula'bat, ipso[d] semetipsum[e] commendante suscepit. In eodem loco et legatus Nicetae[f], qui tunc Siciliam regebat, nomine Theophilus, venit imperatoris epistolam portans; quem honorifice suscipiens post aliquot dies absolvit. Ipse vero Novembri[g] mense mediante ad hiemandum cum exercitu Saxoniam intravit[h] positisque castris iuxta Wisaram[i] fluvium locum[k] castrorum Heristellium vocari iussit. Illuc legati gentis Avarorum[l] cum muneribus[m] magnis venerunt. De eodem loco Abdellam Sarracenum cum filio suo[n] Ludowico[o] in Hispaniam[p] ire iussit et filium suum Pippinum in Italiam remisit; ipse[q] ad disponendam Saxoniam totum hiemis tempus impendens[r] ibi natalem Domini, ibi[s] pascha celebravit. * p. 562 a.

Anno dominicae incarnationis DCCXCVIII.[t] venit ad regem legatus Haldifonsi[u] regis Galliciae et Austriae[v.1], nomine Frola, papilionem mirae magnitudinis presentans. Et in ipso paschae tempore Nortliudi[w] trans Albiam sedentes seditione commota legatos regios, qui tunc ad iustitias faciendas apud eos conversabantur, comprehenderunt, quosdam ex eis trucidantes[x], ceteros[y] ad redimendum reservaverunt[z]. Rex itaque collecto exercitu de Heristelli[a] ad locum, qui Minda dicitur, perrexit et facto consilio, in desertores arma corripuit et totam[b] inter Albiam et Wisaram Saxoniam depopulando peragravit. Nortliudi[c] contra Transachonem[d] ducem Abrothidorum[e] et Ebroinum[f.2] legatum regis commisso prelio victi sunt. Caesa[g] sunt ex eis in eo prelio[h] quatuor[i] milia; ceteri, qui fugerunt, de pacis conditione tractare coeperunt[k]. Rex[l] acceptis obsidibus a Saxonibus[m] in Franciam reversus est et Aquis perveniens legationem Grecorum a Constantinopoli missam suscepit. Erant enim legati Michahel[n] patricius quondam Frigiae[o] et Theophilus presbiter, epistolam Hirenae[p] imperatricis ferentes. Nam filius eius Constantinus imperator a suis comprehensus et excecatus est; haec tamen legatio tantum de pace fuit. Quos cum absolvisset, absolvit etiam cum eis et[q] Sisinnium[r], fratrem Tharasii[s] Constantinopolitani episcopi, iam dudum in Italia prelio[t] captum. Hoc anno sidus Martis in toto cęlo non comparuit. Insulae Baleares a Mauris et Sarracenis depredatae sunt. Adefon[u] rex Galliciae et Austriae[v] predata Olisipona[w] ultima Hispaniae civitate loricas, mulos captivosque Mauros regi per legatos Froiam[x] et Basiliscum[y] hiemis tempore misit. Et celebravit rex natalem Domini in eodem loco et pascha similiter. * p. 5

Anno dominicae incarnationis DCCXCVIIII. Romani[z] Leonem papam letania maiore captum excaecaverunt ac linguam eius radicitus absciderunt; qui in custodia[a] missus noctu per murum evasit et ad legatos regis, qui tunc apud basilicam sancti Petri erant, Wirundum scilicet abbatem et Winigisum[b] Spolitanorum ducem veniens

a) *deest A.* a') palatium *A.* b) sarrachenum *B* 3. c) ibinmagne *B* 2. d) ipse *A* 3. e) semetipso *A* 1. *B* 2. 3. f) niteta *B* 1; niceta *B* 2. g) mediante nov. mense *A.* h) venit (*superscr.* vel intravit) *A* 1. i) uuicoram *A* 1; uuiseram *A* 2. k) loca *A* 1. 2. l) avarum *B.* m) magnis mun. *A.* n) sub *A* 1. o) hludowico *A* 1. *B* 1. 3. p) hispania *A* 2; hispanias *B* 1. q) Ipse vero *A.* r) moravit *B* 3. s) dñi celebravit et pascha similiter *A* (similiter *deest A* 1). t) DCCLXXXVIII. *B* 2. u) haddifonsi *A* 1. *B* 1. 3; haldulfi *A* 2. v) asturiae *A* 3. w) nordlindi *A* 1; norliudi *A* 2. x) trucidaverunt *B* 2. y) quosdam *A.* z) servantes *A*; servaverunt *B* 2. a) heristello *A* 2; heristellio *B* 3. b) totam sax. inter alb. et uuis. *A.* c) nordliudi *A* 1. 2. d) trasachonem *A* 1; thrasaconem *A* 2. e) abotridorum *A* 1. 2; abodritorum *A* 3. f) (hebroinum *B* ?) hebruinum *B* 1. 2. g) Cesa *B.* h) bello *A.* i) decem *A* 2. k) tractaverunt *B* 3. l) Rex aũ *A* 1: autem *A* 2. m) saxonum obsidibus *A* 1. 3; obs. saxonum *A* 2. n) michael *A* 1. 3. *B* 3. o) phrigiae *A* 2. p) hirine *B* 1; herene *B* 3. q) *deest A.* r) sisinnum *A* 2. s) tharisii *B* 2. t) in prelio *A* 2. u) aldefonsus *B* 2; addefon *B* 3. v) asturiae *A* 3. w) olisepona *A* 2. x) floram *B* 3. y) basilicum *B.* z) Romani — qui *ex Ekkeh. mutavit A* 3. a) custodiam *A.* b) uuinegisum *A.*

1) Asturiae *Ann. Laur.* (austriae *cod.* 2). 2) Eburisum *Ann. Laur.*

Spoletum ductus est. Rex Saxoniam ingressus apud Paderbrunna[a] castris positis consedit et inde diviso exercitu Carolum[b] filium suum cum medietate ad[c] colloquium Sclavorum et ad recipiendos Saxones, qui ex Nortliudis[d] venerunt, in Bardengawi[e] direxit. In eodem loco Leonem[f] papam summo cum honore suscepit ibique[g] reditum Caroli filii sui expectans Leonem pontificem[h] simili, quo susceptus est, honore dimisit; qui statim Romam profectus est. Recepto[i] cum prosperitate filio Aquis[k] repedavit, ubi legatus Michaelis[l] Siciliae prefecti, nomine Danihel, ad eum venit atque inde cum magno honore dimissus est. Eodem anno gens Avarorum[m] a fide, quam promiserat, defecit, et Einricus[n.1] dux Foroiulanorum post tot victorias prospere gestas iuxta Tharsicam[o] Liburniae[p] civitatem insidiis civium oppressus est. Per[q] idem tempus Geroldus[r] comes et Baioariae[s] prefectus commisso cum Avaris[t] prelio interficitur*; de quo in visione Wettini[u.2] legitur, quod inter martyres sit adnumeratus. Insulae Baleares, quae a Mauris et Sarracenis depredatae sunt, postulato et accepto a Francis auxilio a predonum incursione de[w]fensati[v] sunt; signa quoque Maurorum in pugna sublata regi presentata sunt. Wido comes, qui marcam contra Brittones tenebat, cum sociis[w] Brittanniam ingressus totamque perlustrans in deditionem[x] recepit[y] et rege[z] de Saxonia revertenti arma ducum, qui se tradiderant, inscriptis singulorum nominibus presentavit. Tota itaque Brittannia, quod nunquam antea fuit, Francis subiugata est. Eodem anno monachus quidam de[a] Hierosolimis[b] veniens reliquias multas attulit regi ex parte patriarchae Hierosolimitani[c]. Azan prefectus civitatis, quae dicitur Osca[d] clavis[3], regi munera misit. Celebravit[e] rex[f] natalem Domini in eodem palatio. Ann. Laur.

* p. 562 a.

* p. 562 b.

Anno dominicae incarnationis DCCC.[g] rex, absolutum[h] Hierosolimitanum monachum, misit[i] cum eo Zachariam presbiterum de[k] palatio suo et[l] per illum multam pecuniam misit per[m] illa sancta loca, ubi Dominus conversatus[n] est corporaliter. Ipse[o] medio Martio de Aquis egressus litus oceani Gallici perlustratus est et in ipso mari, quod tunc a piratis infestabatur, classem instituit, presidia[p] disposuit. Pascha apud sanctum Richarium celebravit; indeque iterum per litus oceani ad Rotomagum[q] civitatem pervenit ibique Sequana amne transmisso Turonis ad sanctum Martinum orationis causa profectus est.** Ibi aliquot dies moratus est propter adversam Liutgardae[r] coniugis valitudinem[s], quae ibidem et[t] defuncta et humata est. Obiit autem pridie Non. Iunii.[u] Inde[v] per[w] Aurelianis[x] ac Parisius[y]

*) et in Augia sepelitur *add. B 2i (cod. Augiensis).*

**) Ibi omnium Brittonum duces et comites cum donis ad eum venerunt *add. manus s. XII. in cod. B 3.*

a) paderbronna *B 3.* b) Karolum *A.* c) ad coll. Scl. *ex Ekkeh. mutavit A 3.* d) nordl. *A*; nordliudi *A 2.* e) -gouui *A 1. 3*; -gaui *B 2*; bardegauui *B 3.* f) Leonem — profectus est *ex Ekkeh. mutavit A 3.* g) que *deest A.* h) papam *A.* i) Rex vero recepto *A.* k) aquas *A 1.* l) michahelis *B 1*; mihahelis *B 2.* m) avarum *B*; avarum *supersc.* vel avarorum *A 1.* n) heinricus *A*; einmicus *B 2.* o) tarsicam *B 3.* p) liburtine *B 3.* q) Per — adnumeratus *ex Ekkeh. mutavit A 3.* r) giraldus *B 3.* s) banuariae *A 2*; baionariae *B 1*; baionuariae *B 3.* t) avaribus *B*; avaribus *supersc.* vel avaris *A 1.* u) uuitini *A 2. B 2*; uuictini *A 3* (*a.* 797). v) defensatae *A 2. 3. B 1.* w) suis *B 3.* x) inde dictionem *B 2.* y) accepit *B 3.* z) regi *A.* a) de — veniens *desunt A 3.* b) ierosolimis *A 2. B 3.* c) ieros. *A 2. 3.* d) osoa *A 1*; esca *A 2.* e) Et cel. *A.* f) *deest A 1. 2.* g) DCC.XC.VIIII. *A 1.* h) absoluto ierosolimitano monacho *A.* i) *deest A 2.* k) presb. palatii *A.* l) per quem *A.* m) per loca sancta *A.* n) est corp. conv. *A.* o) Ipse vero mediante *A.* p) predia *A 1*; prelia *A 2.* q) rothom. *A 3*; totom. *B 2.* r) val. L. coni. suae *A*; burgardae *A 2*; liutkarde *B 2.* s) valet. *A 1. 3. B 2.* t) *deest A 2. 3.* u) iul. *A 2. B 3.* v) Inde autem *A 1.* w) *deest B 3.* x) auril. *B 1.* y) parisiū *B 1*; parisiuen *B 2.*

1) Ericus *Ann. Laur.* 2) *auctore Heitone c. 27 (MG. Poetae lat. II, 274).* 3) claves urbis cum muneribus *Ann. Laur.*

Ann. Laur. regressus[a] Aquis palatium venit. Eodem anno pridie Non. Iul. contra morem et naturam aspera[b] et gelu concreta fuit pruina et VII. Id. Iul. similiter, sed tamen nullam incommoditatem fructibus attulit.

Mense Augusto Mogontiac[c] placitum tenuit et inde movens cum exercitu Ravennam venit; ubi VII dies moratus Romam gressum direxit, filium[d] suum Pippinum cum exercitu in Beneventum misso[e]. Itaque cum Romam[f] venisset, occurrit ei pridie Leo[g] papa et senatus Romanorum apud Nomentum, duodecimo ab Urbe lapide, et summa eum humilitate summoque honore suscepit, prandens cum eo in eodem loco. Igitur statim eum ad Urbem precessit et in[h] crastinum in gradibus basilicae beati Petri apostoli stans, missis obviam Romanae urbis vexillis cum crucibus atque reliquiis, ordinatis etiam atque dispositis per congrua loca tam peregrinorum quam civium turmis, qui venienti[i] laudes dicerent, ipse cum clero et episcopis ante gradus ecclesiae eum humiliter suscepit dataque benedictione in basilicam[k] beati[l] Petri apostoli[m] cunctis psallentibus[n] introduxit. Hoc autem factum est VIII. Kal. Decembris. Post septem vero dies rex contione vocata, cur Romam venisset, patenter indicavit et inde[o] cotidie[p] ad ea, quae venerat, facienda operam dedit; inter quae, quod maximum et difficillimum erat, de discutiendis criminibus, quae summo pontifici obiecta erant. Causa itaque ventilata, cum nullus probator aut testis legitimus appareret, qui locum controversiae subire presumeret, prefatus pontifex coram omni populo in domo sancti Petri apostoli evangelium portans ambonem conscendit[q] invocatoque sanctae Trinitatis nomine iureiurando ab[r] obiectis se criminibus purgavit[s]. Eadem die Zacharias presbiter cum duobus monachis, uno de monte Oliveti, altero de Bethleem Romam venit; quos episcopus Hierosolimorum[t] ad regem direxit, qui benedictionis causa claves sepulchri[u] Domini ac loci calvariae, claves etiam civitatis cum vexillo detulerunt. Quos rex benigne suscipiens aliquot dies secum detinuit et mense Aprili remuneratos absolvit. Et celebravit ibi rex natalem Domini.

Anno dominicae incarnationis DCCCI., cum rex ipso die natalis Domini ante confessionem sancti Petri ab oratione surgeret, Leo papa coronam capiti eius imposuit; et a cuncto Romanorum populo ter adclamatum est: 'Karolo Augusto a Deo coronato, magno et pacifico imperatori Romanorum, vita et victoria!' Et post laudes more antiquorum principum[v] adoratus est *et ablato patricii nomine imperator et[w] augustus est appellatus[x]. Post paucos autem dies iussit eos, qui anno superiori[y] pontificem deposuerant, exhiberi; et habita de eis questione secundum legem Romanam ut maiestatis rei[z] capitali sententia dampnati sunt Pro quibus tamen papa pio affectu apud imperatorem intercessit: nam vita[a] et membrorum integritas eis concessa est, ceterum pro facinoris magnitudine exilio deportati[b] sunt. Huius factionis fuere principes Paschalis nomenculator[c] et Campulus sacellarius[d] et multi alii nobiles Romani, qui omnes eadem sententia dampnati sunt. Ordinatis itaque Romanae urbis totiusque Italiae non tantum publicis, sed etiam ecclesiasticis et privatis rebus et[e] negotiis missoque[f] iterum super Bene-

* p. 563 a.

a) *deest A* 1. 3. b) *deest A* 2. c) mogontiae *A*; moguntiae *A* 3. d) filio suo pippino *A*. e) misit *B* 3. f) roma *A* 2. *B* 2. g) papa leo *A* 1. 2; leo papa pridie *B* 1. h) *deest A* 2. i) venientes *B* 3. k) basilica *A* 2. *B* 3. l) sancti *A* 3. *B* 3. m) *deest B* 3. n) spallent. *B* 1. 2. o) deinde *A* 1. 2. p) cottide *A* 1; quotidie *A* 2. 3. q) ascendit *B* 1. r) *deest B* 3. s) expurg. *A* 1. 3. t) ieros. *A*. *B* 3; heros. *B* 1. u) sepulcri *A* 2. 3. v) *deest A* 1. 2. w) *deest A* 2. *B* 3. x) appellatus est *A* 1. 2. *B* 2. 3. y) superiore *B* 1. 2. z) re *A* 1. a) et vita *B*. b) deputati *B* 3. c) numenculator *A* 3; numiculator *B*. d) saccellarius *A* 1. 2. e) rebus et *desunt A*; et *deest B* 1. 2. f) missaque *A*.

ventanos cum Pippino filio hostilem[a] expeditionem ipse post pascha IV.[1] Kal. Mai. Romam[b] egressus est et[c] venit Spoletum. Et dum ibi moraretur, II. Kal. Mai. hora noctis secunda terraemotus ingens factus est, quo tota Italia graviter concussa est; quo motu tectum basilicae beati Pauli[d] apostoli magna ex parte[e] cum suis trabibus corruit. Eodem anno loca quaedam circa Rhenum[f] et in Gallia et in Germania[g] terrae motu tremuerunt, et pestilentia propter molliciem hiberni temporis facta est. Imperator de Spoleto Ravennam veniens aliquot dies ibi moratus Papiam perrexit. Ibi nuntiatum est ei, legatos Aaron Amir Munmilin[h.2] regis Persarum portum Pisae intrasse; quibus obviam mittens inter Vercellis et Eboreiam[i] eos sibi fecit presentari. Unus enim ex eis erat Persa de oriente, legatus regis Persarum, alter Sarracenus de Africa, legatus Admirati Abraham[k], qui in confinio Africae in Fossato[l] presidebat[m]. Qui Isaac[n] Iudeum, quem imperator ante quadriennium ad regem Persarum cum Lantfrido[o] et Sigimundo miserat, reversum cum magnis muneribus nuntiaverunt. Nam Lantfridus[p] et Sigimundus in itinere defuncti sunt. Misit itaque rex Erchenbaldum[q] notarium in Liguriam ad naves parandas, ubi elefans[r] et ea, quae deferebantur, subveherentur; ipse vero celebrato die nativitatis sancti Iohannis baptistae apud Eboreiam[s] Alpes transgressus in Galliam reversus est. Ipsa aestate capta est Barcilona[t] civitas[u] Hispaniae, iam tunc minus plus biennio obsessa; Zatun[v] prefectus eius et alii quam plures Sarraceni comprehensi sunt. Et in[w] Italia Theate[x] civitas similiter capta et flammis exusta est eiusque prefectus Rotselmus[y] comprehensus est. Castella, quae ad illam civitatem aspiciebant, in deditionem[z] recepta sunt. Zatun et Rotselmus exilio dampnati sunt. Mense Octobrio Isaac Iudeus de Africa cum elefanto[a] regressus portum Veneris intravit et, quia propter nives Alpes transire non potuit, Vercellis[b] hiemavit[c]. Imperator Aquis[d] natalem Domini celebravit. Ann. Laur

Anno dominicae incarnationis DCCCII. Hirene[e] imperatrix de Constantinopoli misit legatum nomine Leonem ad imperatorem de pace confirmanda inter Francos et Grecos, et imperator Constantinopolim misit Iesse episcopum Ambianensem et Helmgaudum[f] comitem, ut pacem cum ea statuerent. Pasca celebratum est in eodem palatio. Eodem anno XIII. Kal. Aug. venit Isaac cum elefanto[g] et ceteris muneribus a rege Persarum missis in presentiam imperatoris; nomen elefantis erat Ambulabat.[h.3] Ostona[i] civitas in Italia in deditionem[k] recepta est. Luceria[l] quoque frequenti obsidione fatigata et ipsa in deditionem[k] venit, presidiumque Francorum in ea positum est. Imperator aestatis tempore in Arduenna[m] venationibus operam dedit et misso in Saxoniam exercitu[n] transalbianos Saxones vastavit. Grimaldus Beneventanorum[o] dux in Luceria Winigisum[p] comitem Spoleti, qui presidio preerat, adversa valitudine fatigatum obsedit et in deditionem accepit captumque cum magno honore tenuit[q]. Imperator Aquis natalem[r] Domini celebravit.

p. 563 a.

a) hostili expeditione *A*. b) roma *A* 2; a roma *A* 3. *B* 1. 3. c) egr. e. et *desunt A* 3. d) petri *B* 2. e) magne *B* 3. f) renum *B* 2. g) germinia *B* 1. h) amirmulin *B* 2. i) iporeiam *A* 2. k) habraham *B* 1. 2. l) fessati *A* 2. m) possidebat *A* 1. n) isahac *B* 1. o) lanfrido *A* 2. *B* 3. p) lanfridus *A* 2. *B* 1. 3; lamfridus *B* 2. q) erchanb. *A* 1; erkenb. *A* 3; herchenb. *(B.) B* 3; herthenb. *B* 1. 2. r) elephas *A* 1. 2; elephans *A* 3. *B* 2. s) iporeiam *A* 2; heboreiam *B* 2. t) parcilona *A* 1; barcilonia *B* 2. 3. u) civ. barc. *B* 2. v) Natun *B* 1. w) *deest A* 2. x) Teate *A* 3. y) rodhelmus *A* 1; rothelinus *A* 3. z) indedictionem *B* 2. a) elefante *A* 1; elephante *A* 2. 3. b) in vercellis *B* 1. 2. c) iemavit *B* 3. d) in aquis *B* 3. e) Hirena *A* 2. f) heling. *A* 3; elmg. *B* 1. 2; ing. *B* 3. g) elefante *A* 1; elephante *A* 2. 3; elephanto *B* 2. h) ambulat *A* 1; ambulath *A* 2; amhulat' *A* 3. i) Ostolia *A* 2; Ortona *A* 3. k) dedict. *B* 2. l) lucerna *B* 2. m) arduenca *A* 1; harduenca *B* 3. n) cum ex. *B* 2. o) dux ben. *A*. p) uuinegisum *A*. q) retinuit *A* 1. r) natale *A*.

1) VII. *Ann. Laur.* 2) Amir al Mumminin *Ann. Laur.* 3) Abul Abat *Ann. Laur.*

Ann. Laur. Anno dominicae incarnationis DCCCIII. terrae motus Aquis palatio factus est et mortalitas subsecuta est*. Winigisus[a] a Grimaldo[b] redditus est[c]. Missi imperatoris *a Constantinopoli regressi sunt[d], et * p. 563 l. venerunt cum eis legati Nichofori[e] imperatoris, qui tunc rem publicam regebat; quorum haec sunt nomina: Michahel[f] episcopus, Petrus abbas, Calistus[g] et Candidatus[1]. Qui venerunt ad imperatorem in Germania[h] super fluvium Sala in loco, qui dicitur Salz, et pactum faciendae pacis in Christo[2] susceperunt; inde dimissi cum epistola imperatoris Romam venerunt, inde[i] Constantinopolim regressi[k] sunt.** Imperator autem Baioariam[l] profectus*** dispositis[m] Pannoniarum[n] causis Aquis reversus est; ibi natalem Domini celebravit.

Anno dominicae incarnationis DCCCIIII. imperator Aquis hiemavit†, aestate vero in Saxoniam cum exercitu perrexit omnesque, qui trans Albiam et[o] in Wihmodi[p] habitabant, Saxones cum mulieribus[q] et infantibus transtulit in Franciam et pagos transalbianos Abrotidis[r]

*) Imperator post pasca ab Aquis profectus ad Magontiam venit ibique solito more conventum Francorum habuit *add. man. s. XII. in cod. B* 3.

**) Venitque Fortunatus patriarcha de Grecis, afferens secum inter cetera dona duas portas eburneas mirifico opere sculptas *add. m. s. XII. in B* 3.

***) *In B* 3 *loco raso m. s. XII. ita pergit:* venationem bubalorum, ceterarum ferarum per saltum Hircanium exercuit, ceterum exercitum per apertiores vias ire permisit. Inde ad Regenesburc veniens dispositis his, que utilia videbantur esse, adventum exercitus de Pannonia redeuntis prestolabatur. Quibus reversis obviam illis ad Ragenesburc venit. Ibi etiam cum illis Zodan princeps Pannoniae veniens imperatori se tradidit. Multi quoque Sclavi et Huni in eodem conventu fuerunt et se cum omnibus, quae possidebant, imperatoris dominio subdiderunt. Constitutisque omnibus utilitatibus, quae illis partibus necessaria erant, per Alemanniam et per Wormatiam hiemis tempore ad Aquis palatium venit ibique natalem Domini celebravit.

†) *In B* 3 *man. s. XII. in margine haec addit:* et ab Aquis proficiscens venit ad palatium, quod dicitur Niumagum. Ibi veris manens pascha etiam ibidem celebravit incipienteque aestatis tempore ad Aquis palatium revertens exercitum in Saxoniam misit. Transito Reno generalem conventum Francorum habuit iuxta Lippiae fontem; sumptoque inde itinere per Saxoniam profectus castra metatus est in loco, qui dicitur Boldonstat. In quibus castris etiam Sclavorum principes affuerunt, quorum causis discussis et secundum arbitrium dispositis regem illis Trasiconem constituit. Missis inde exercitibus suis per diversas partes Saxoniae, tam perfidos illos, quos ultra Albiam transierat, quam illos, qui in Wigmoti manebant et frequentibus malefitiis populum * p. 5 Saxonum a via veritatis averterant, cum mulieribus et infantibus Deo auxiliante sapientissima dispositione de Saxonia per diversas vias dirigens funditus exterminavit et per Gallias ceterasque regiones regni sui sine ulla lesione exercitus sui dispersit.

a) uuinegisus *A*. b) grimoldo *B* 2. c) redditur *A*. d) sunt regr. *A*. e) nicophori *A* 1. 3; nicofori *A* 2. f) michael *A* 2. *B* 3. g) calixtus *A* 1. 3. h) gernia *A* 1. i) indeque *A*. k) sunt reversi *A*. l) bauuariam *A*. m) disp. — celebravit *erasa in B* 3. n) pannoniorum *B*. o) *deest A*. p) wicmodi *A* 3; uuihmohdi *B* 2; uuihmodi *B* 3. q) muneribus *B* 3. r) abotridis *A* 1. 2; abodritis *A* 3. *B* 3.

1) Calistus candidatus scholaris in palatio *Ann. Laur.* 2) in scripto *Ann. Laur.*

dedit. Eodem tempore Godefridus[a] rex Danorum venit cum classe sua Ann. Laur.
et omni equitatu regni sui ad locum, qui dicitur Sliestorp[b], in confinio
* p. 563 b. regni sui et Saxoniae; promisit enim se ad colloquium imperatoris venturum, sed consilio suorum territus, propius non accessit, sed, quicquid voluit, per legatos mandavit. Nam imperator super Albiam fluvium sedebat in loco, qui dicitur Holdunsteti, et missa ad Godefridum[a] legatione pro fugitivis retentis[1] mediante[c] Septembrio Coloniam venit; deinde Arduenna[d] ingressus venationum[e] iocis exercitatus Aquis reversus est. Medio[f] Novembrio nuntiatum est[g] ei, Leonem papam cum eo natalem Domini celebrare[h] velle, ubicumque illi[i] placuisset; quod[k] gratanter suscepit. Et statim misso[l] filio[m] suo[n] Carolo ad sanctum Mauricium, eum honorifice[o] suscipere precepit; ipse vero obviam[p] illi Remorum civitate profectus est ibique susceptum ad Carisiacum usque perductum[q] cum eo ibi natalem Domini celebravit. Deinde Aquis perduxit et honoratum magnis muneribus per Baioariam[r] ire volentem a suis deduci[s] fecit usque Ravennam. Causa[t] adventus eius haec fuit: nunciatum est imperatori, Iesu Christi domini nostri sanguinem in Mantua civitate fuisse repertum; et imperator ad papam direxit, rogans, ut veritatem rei[u] perquireret. Qui accepta occasione Roma[v] exeundi primo in Langobardiam, quasi pro inquisitione predicta profectus est, deinde arrepto itinere subito ad imperatorem usque pervenit mansitque apud[w] illum dies octo et, sicut dictum est, Romam repedavit.

Anno dominicae incarnationis DCCCV. Caganus[x] princeps Avarorum[y] imperatorem adiit, postulans sibi locum[z] dari ad habitandum inter Sabariam et Carantanum[2], quia propter infestationem Sclavorum in pristinis sedibus manere non poterat; quem imperator benigne suscepit eiusque precibus favit. Eodem tempore misit exercitum cum filio suo[a] Carolo[b] super Sclavos, qui vocantur[c] Behemi[d]; qui omnem terram eorum depopulantes ducem eorum, qui appellabatur Lecho[e], occiderunt. Imperator Theodonis villam[f] venit indeque ad Romarici montem[g] profectus ibi[h] venationibus exercitatus est. Inde[i] Theodonis villam[k] reversus natalem Domini celebravit.

Anno dominicae incarnationis DCCCVI. venerunt Willarius[l] et Beatus duces Venetiae, nec non et Paulus dux Iaderae[m] atque Donatus eiusdem[n] civitatis episcopus, legati Dalmatiae, in presentiam[o] imperatoris cum magnis donis; et ordinatis tam Venetiis quam Dalmatiis, eorum[p] missis absolutis, imperator cum primoribus et optimatibus Francorum de pace constituenda et conservanda inter filios suos et de partitione regni placitum habuit. Et divisione facta in tres partes imperium suum partitus est inter tres filios, ut scilicet unusquisque sciret, quam partem tueri et regere debuisset, si illum superviveret. De hac divisione testamentum fecit, et sacramentis interpositis a Francis confirmatum est et Leoni papae transmissum, ut haec decreta manu[q] sua firmaret; quod et factum est. Post-
* p. 564 a. haec imperator dimisso utroque filio in re*gnum sibi deputatum, Pippino

a) gotdefr. *A* 2. b) sliesvuich *A* 1; silesuuih *A* 2; slieswic *A* 3; sliestori *B* 1; fliestorp *B* 3. c) medio *B* 1. d) arduennam *A*. e) venenationum *B* 2. f) Mediante *A*. g) *deest B* 1. 2. h) velle cel. *A*. i) sibi *A* 2; plac. illi *B* 1. k) quod et *A*. l) mittens *A* 1. 3; misit *A* 2. m) filium suum Karolum *A*. n) *deest B* 1. 2. o) susc. hon. *A*. p) Rem. civ. obv. illi *A*. q) perduxit et *A*. r) bauuariam *A* 2. 3; baioriam *B* 1. s) duci *B* 3. t) Causa autem *A*. u) ei *A* 2. v) a roma *B* 1. 2. w) cum illo *A*. x) Cacanus *B*. y) avarum *B* 1. 2 z) dari locum *A*. a) *deest B*. b) Karolo *A*. c) dicuntur *A*; vocatur *B* 2. d) boemi *A*. e) letho *B* 2. f) villa *B* 3. g) montem usque *B* 2. h) *deest A*. i) Indo *B* 2. k) villa *B* 1. 2. l) uuilharius *A* 1. 2. m) iadore *B* 2. n) civ. eiusd. *A*. o) in presentia *B* 1. 3. p) eorumque *A*. q) sua manu *B* 1.

1) reddendis *Ann. Laur.* 2) Carnuntum *Ann. Laur.*

Ann. Laur. scilicet et Ludowico[a], de Theodonis villa profectus navigio per Mosellam Rhenum[b] ingressus ad Niumagam[1] in Batua venit ibique tota quadragesima fuit et sanctum pascha celebravit. Et[c] inde Aquis rediens, Carolum filium[d] in terra Sclavorum, quae dicitur Rorabi[e.2], super Albiam fluvium cum exercitu misit; in qua congressione Miliduoh[f] Sclavus occisus est duoque castella ab exercitu constructa sunt, unum super ripam fluminis Salae, alterum super Albiam. Sclavisque compressis ex hac parte in[g] Behemi[h] cum Baioariis atque[i] Alamannis ingreditur[k] eorumque terram ex permaxima[l] parte vastavit. Eodem anno in Corsicam insulam contra Mauros, qui eam vastabant, classis[m] de Italia a Pippino missa est; cuius adventum Mauri non expectantes abscesserunt. Unus tamen ex Francis Hademarus[n] nomine, comes civitatis Genuvae[o], cum imprudenter pugnaret, occisus[p] est a Mauris. In Spania vero Navari et Pampilonenses, qui superioribus annis ad Sarracenos transierant, in fidem recepti sunt. Classis a Nicophoro imperatore, cui Geta[q.3] patricius preerat, ad recipiendam Dalmatiam mittitur; et legati, qui fere ante quatuor annos[r] ad regem Persarum missi sunt, per ipsas Grecarum navium stationes transvecti ad Tarvisium nullo adversariorum sentiente pervenerunt. Imperator celebravit natalem Domini Aquis palatio. Eodem anno fuit eclypsis lunae IIII. Non. Septembr.; erat statio solis tunc in XVI. parte Virginis, luna autem morabatur in XVI. parte Piscium.

Anno dominicae incarnationis DCCCVII. eclipsis solis facta est III. Id. Febr., stante utroque sidere in XXV.[s] parte Aquarii; et in eodem mense IIII. Kal. Martii eclipsis lunae facta est, et in eadem nocte apparuerunt[t] acies in cęlo mirae magnitudinis, sole[u] morante in XI. parte Piscium et luna in XI. parte Virginis. Iterum XI. Kal. Septembr. eclipsis lunae facta est hora noctis tertia, sole posito in V^ta^ parte Virginis et luna in V^ta^ Piscium. Ratbertus missus imperatoris, qui de oriente revertebatur, defunctus est, et[v] legatus regis Persarum nomine Abdella cum monachis[w] de Ierusalem, qui legatione Thomae patriarchae fungebantur; quorum nomina fuere[x] Georgius et Felix. Georgius[y] abba erat de monte Oliveti et[z] erat natione Germanus et a parentibus Engilbaldus vocatus est[a]. Pervenerunt itaque Aquis ad imperatorem munera ferentes, quae predictus rex caesari miserat, scilicet[b] papilionem et tentoria atrii vario colore respersa mirae magnitudinis et pulchritudinis. Erant enim omnia bissina, tam[c] tentoria quam et funes eorum diversis tincta coloribus. Fuerunt etiam munera prefati regis pallia oloserica multa et valde[d] pretiosa et odoramenta et balsamum atque unguenta. Misit preterea horologium ex auricalco arte mechanica mirifice compositum, in quo XII horarum cursus ad clepsidram[e] vertebatur, cum totidem aereis pilulis, qui[f] ad completionem horarum decidebant et casu suo subiectum sibi cimbalum resonare faciebant[g], additis in eodem horologio eiusdem[h] numeri equitibus, qui per XII[i] fenestras completis horis exibant et in cursu egressionis suae totidem fenestras, quae prius erant apertae, claudebant; nec non et alia multa erant in prefato horologio. Fuerunt etiam[k]

a) lodovico *A* 3; liudouuico *B* 1. b) renum *B* 3. c) *deest A.* d) filium suum *A* 2. *B* 1. e) sorabi *A* 3. f) miliduohs *A* 2; miliduch *A* 3; miliduoch *B.* g) *deest A* 1. 3. h) boemos *A*; behemicum *B* 3. i) et *A.* k) aggred. *A* 1. 3. l) maxima *A* 1. *B* 3; proxima *A* 3. m) de it. cl. *A.* n) ademarus *B* 1. 3; ademaurus *B* 2. o) genuuensis *A* 1; geneuensis *A* 2; genuensis *A* 3. p) a M. occ. est *A.* q) getra *A* 3. r) *deest B* 2; ante a. qu. *A.* s) vicesima *A* 2. t) aperuerunt *B* 2. u) *deest (B) B* 2; *post* mor. *add. B* 1; morante sole *B* 3. v) legatus autem *A.* w) et monachi *A.* x) hec fuere *B* 1. y) georgius vero abbas *A*; georius *A* 1. z) et erat *desunt A.* a) vocatur *A* 1; vocatus *A* 3. b) pap. scil. *A.* c) bissinatum *B* 2. d) pret. valde *A* 2. e) clysydram *A* 2. f) quae *A* 1. g) faciebat *B.* h) eius *A* 1. 2. i) XL et I *A* 2. k) interea *B.*

1) Noviomagum *Ann. Laur.* 2) Sorabi *Ann. Laur.* 3) Niceta *Ann. Laur.*

inter predicta munera duo candelabra ex auricalco mirae magnitudinis et proceritatis, quae omnia Aquis reposita sunt. Imperator[a] legatum et monachos per aliquod tempus[b] secum retinens postmodum eos[c] in Italiam direxit atque ibi tempus navigationis expectare iussit. Eodem anno Burchardum comitem stabuli sui, quod corrupte constabulum appellamus, cum classe misit in Corsicam, ut eam a Mauris defenderet, qui predas illic exercebant. Qui iuxta consuetudinem suam de Hispania egressi primo Sardiniam appulsi sunt ibique cum Sardis prelio commisso et *multis suorum amissis — nam[d] tria milia ibi cecidisse perhibentur, — in Corsicam recto cursu venerunt[e]; ibi iterum in quodam portu eiusdem insulae cum classe, cui Burchardus preerat, prelio decertarunt[f] victique[g] ac fugati sunt, amissis tredecim[h] navibus et plurimis suorum interfectis. Adeo illo anno in omnibus locis adversa fortuna fatigati sunt, ut ipsi sibi idcirco hoc accidisse testati sint, eo quod anno superiore[i] contra omnem iustitiam de Patalaria[k] insula LX[l] monachos asportatos in Hispania vendiderunt; quorum aliqui per liberalitatem imperatoris iterum in sua[m] loca reversi sunt. Niceta patricius, qui cum classe Constantinopolitana sedebat in Venetia, pace facta cum Pippino rege et induciis usque ad mensem Augustum acceptis statione soluta Constantinopolim regressus est. Et celebravit imperator natalem Domini Aquis et pascha similiter. Ann. Laur.

* p. 564 b.

Anno dominicae incarnationis DCCCVIII. hiemps mollissima et pestilens fuit[n]. Vere inchoante imperator Niumaga[1] profectus est[o] et celebrato ibi pascha iterum Aquis repedavit. Ubi nuntiatum est[p] ei, Godefridum[q] regem Danorum copias in Abrotides[r] traiecisse. Adversus quem Carolum[s] filium suum cum exercitu misit, iubens vesano regi resistere, si Saxoniae terminos aggredi temptaret. Godefridus expugnatis[t] aliquantis Sclavorum castellis, cum magno copiarum suarum detrimento in patriam reversus est. Nam licet Drasconem[u] ducem Abrotidorum[r] loco pepulisset, Godelaibum[v] alium ducem dolo captum patibulo suspendisset, Abrotidorum[r] duas partes sibi vectigales fecisset, optimos tamen militum suorum et manu promptissimos amisit, et cum eis filium fratris sui[w], nomine Reginbaldum[2], qui in oppugnatione cuiusdam oppidi cum plurimis Danorum primoribus interfectus est. Imperatoris filius Albiam[x] ponte[y] iunxit et exercitum, cui preerat, in Linones[z] et Smeldingos, qui et ipsi ad[a] Godefridum regem defecerant, quanta potuit[b] celeritate transposuit populatisque[c] circumquaque eorum agris transito iterum flumine cum incolumi[d] exercitu in Saxoniam se recepit. Fuerunt cum Godefrido in predicta expeditione Sclavi, qui dicuntur Wilzi[e], qui propter antiquas inimicitias, quas cum Abrotidis[r] habere solebant, sponte se copiis[f] eorum iunxerunt ipsoque in regnum revertente cum preda, quam in Abrotides[g] coeperant, et ipsi domum reversi sunt. Godefridus vero, priusquam reverteretur, destructo emporio[h], quod in oceani littore[i] constitutum erat et lingua Danorum Rerich dicebatur et magnam regno illius commoditatem vectigalium persolutione prestabat, translatisque inde negotiatoribus soluta classe ad portum, qui Sliestorph[k.3] dicitur, cum universo exercitu venit. Ubi per aliquot

a) Imp. igitur *A*. b) aliquamdiu *A*. c) *deest A*. d) namque *A* 2. 3. e) pervenerunt *A* 2. 3. f) *corr.* decertassent *A* 2; decertaverunt *B*. g) victi *A* 2. h) XIIcim *A* 1. i) priore *A*. k) palataria *A* 2. l) *erasum B* 2. m) loca sua *A* 2. n) erat *A*. o) niumagam adiit *A* 1. 3; niumaga abiit *A* 2. p) *deest A* 1. q) gotdefr. *A* 2 *semper*. r) abotrid. *A* 1. 2; abodrit. *A* 3. s) filium suum Karolum *A*. t) aliqu. exp. *A* 2. u) drasaconem *A*. v) godelibum *A* 2. w) sui fr. *A* 1. 2. x) *deest A* 1; albiae *A* 2. y) ponto *B*. z) hilinones *B* 2. a) a rege gotdefr. *A* 2. b) posuit *A* 2. c) populatis *A* 2; depop. *B* 1. 3. d) incolomi *A* 1. *B* 1. e) uulzi *A* 2; uuiultzi *B* 1; uuiltzi *B* 2; uuizzi *B* 3. f) corpus *B* 2. g) abotridis *A* 1. 2; abodritis *A* 3. h) emptorio *A* 2. i) litore *A*. k) sliesuuich *A* 1; liesuuich *A* 2; sliesuuic *A* 3; liestorph *B*.

1) Noviomagum *Ann. Laur.* 2) Reginoldum *Ann. Laur.* 3) Sliestorp *Ann. Laur.*

Ann. Laur. dies moratus limitem regni sui, qui Saxoniam respicit, vallo munire constituit, et modo, ut ab orientali maris sinu, quem illi Hostarsalz[a] dicunt, usque ad occidentalem oceanum totam Egidorae fluminis aquilonarem[b] ripam munimentum valli pretexeret[c], una tantum porta dimissa, per quam carra et equites emitti[d] et recipi potuissent[e]. Diviso itaque opere inter duces domum reversus est. Interea rex Nordanimbrorum[f.1] de Brittannia insula, nomine Eardulf[g], regno et patria pulsus ad imperatorem, dum adhuc Niumaga moraretur, venit et patefacto adventus sui negotio Romam proficiscitur; Romaque rediens per legatos Romani pontificis et imperatoris in regnum suum reducitur. Fuit autem legatus apostolici Adulfus[h] diaconus[i] de ipsa Brittannia, natione Saxo, et cum eo ab imperatore missi abbates duo, Rotfridus notarius et Nantarius de sancto Otmaro[k.2]. Imperator aedificatis per legatos suos super Albiam duobus castellis presidioque in eis contra Sclavorum incursiones disposito Aquis natalem Domini celebravit et pascha similiter.

Anno dominicae incarnationis DCCCVIIII. classis de Constantinopoli missa primo Dalmatiam, deinde Venetiam appulit; cumque ibi hiemaret, pars eius ad Cumaculam[3] insulam venit commissoque prelio contra presidium, quod in ea positum erat, a civibus victi atque fugati sunt. Dux autem, qui classi preerat, nomine Paulus, cum de pace inter Francos[l] et Grecos constituenda, quasi sibi hoc esset iniunctum, apud Pippinum regem agere moliretur, Willario et Beato Venetiae[l] ducibus omnes conatus eius impedientibus atque ipsi etiam insidias parantibus, cognita eorum fraude discessit. * p. 565 a.

Dum haec in Italia aguntur, Ludowicus[m] rex in occiduis partibus cum exercitu Hispaniam ingressus Tortosam[n] civitatem super ripam Hiberi fluminis sitam obsedit; consumptoque in expugnatione illius aliquanto tempore, postquam[o] eam tam cito capi non posse vidit, dimissa obsidione cum incolumi exercitu in Aquitaniam se recepit. Postquam Eardulfus rex Nordanimbrorum[p] in regnum suum restitutus est, cum missi reverterentur, Adulfus diaconus captus est a piratis, sed postea redemptus est Romamque reversus. In Tuscia Populonium civitas[q] maritima a Grecis, qui Orobitae[4] vocantur, depredata est; Mauri quoque de Hispania Corsicam ingressi in ipso sabbato sancto paschae civitatem quandam depredati sunt et preter episcopum et paucos senes atque infirmos nihil in ea reliquerunt. * p.

Interea Godefridus rex Danorum per quosdam negotiatores mandavit duci, qui Fresiam[r] previdebat, audisse se, quod ei[s] imperator esset iratus, eo quod in Abrotides[t] duxisset exercitum et suas ultus esset iniurias, addens velle se denegare, quod ei obiciebatur, quod[u] foedus[v] promissum inrupisset; mitteret imperator suos missos trans Albiam iuxta terminos regni sui et ipse cum suis ibi veniret invicemque discussis causis, quaeque[w] emendationis digna erant, absque contradictione ibi corrigerentur. Quod cum imperatori nuntiatum esset, non abnuit; colloquiumque est habitum[x] cum primo-

a) ostarsalz *A*; hortarsalz *B* 3. b) aquilonalem *B*. c) precingeret *A* 2. d) mitti *A*. e) possent *(A.) A* 2. 3; possint *A* 1. f) *ita Regino videtur scripsisse; cf. infra a.* 809; nordanhimbrorum *(A.) A* 2; nordanhumbrorum *A* 1. 3; nortdanidorum *B* 1; nortdanibrorum *(B.) B* 2; nortdanimbrorum *B* 3. g) eardul *B* 1. h) adulfulus *A* 1. 3. i) *deest A* 2. k) othmaro *A* 3. l) frangos *B* 2. m) hludouuicus *A* 1; hidouu. *B* 2. n) tortuosam *B* 2. o) postquam — recepit *desunt A* 2. p) Nordanhimbrorum *A* 2; nortdanibrorum *(B.) B* 1. 2; nortdaninbrorum *B* 3. q) civitatis *B* 2. r) frosiam *B* 2. s) eum p̄ esset iratus *A* 1. t) abotridos *A* 1. 2; abodritos *A* 3. u) *deest A*. v) prom. videlicet foedus irruptum; petivit etiam imperatorem trans albiam missos suos iuxta terminos regni sui mittere, quibus ipse cum suis obviam veniret *A*. w) quae emendatione digna iudicarentur, absque ulla ibi contradictione corrigerentur *A*; iudicentur, corrigantur *A* 1. x) abitum *A* 2.

1) Nordanhumbrorum *Ann. Laur.* 2) Audomaro *Ann. Laur.* 3) Comiaclum *Ann. Laur.* 4) Orobiotae *Ann. Laur.*

ribus Danorum trans Albiam, multisque hinc inde prolatis minime ad effectum res perducta est. Ann. Laur.

Thrasco[a] dux Abrotidorum, postquam filium suum postulanti Godefrido obsidem dederat[b], collecta manu et auxilio[c] a Saxonibus contracto vicinos suos Wilzos[d] aggressus agros eorum ferro et igne vastavit. Regressusque[e] domum cum ingenti preda accepto iterum a Saxonibus validiori auxilio Smeldingorum maximam civitatem expugnat, atque his prosperis successibus omnes, qui ab eo defecerant, ad suam societatem redire coegit[f].

Imperator itaque, cum ei multa de iactantia et superbia regis Danorum nuntiarentur, statuit trans Albiam civitatem aedificare Francorumque in ea ponere[g] presidium, eumque ad hoc per Galliam atque Germaniam homines congregasset armisque ac ceteris ad usum necessarium rebus instructos ad locum destinatum ducere per Fresiam iussisset, Thrasco[h] dux Abroditorum[i] in emporio Rerich[k] ab hominibus Godefridi dolo interfectus est. Imperator[l], postquam locus civitatis[m] constituendae fuerat exploratus, Egbertum[n] comitem huic negotio[o] exequendo preficiens
565 a. Albiam traicere et locum iussit occupare. Est autem locus super ripam Sturiae[p] fluminis, vocabulo Essesfelt[q]. Occupatus est itaque ab Egberto[r] et comitibus Saxonibus et circa Idus Martii muniri coeptus.

Dum haec circa Danos aguntur, Aureolus[s] comes, qui in confinio Hispaniae atque Galliae trans Pireneum[t] contra Oscam et Caesaraugustam residebat, defunctus est; et Amoroz prefectus in locum eius intravit missaque ad imperatorem legatione se cum suis omnibus eius obsequio traditurum promisit. Eclipsis lunae accidit VII. Kal. Ianuar.

Anno dominicae incarnationis DCCCX. Amoroz prefectus colloquium imperatoris expetiit in confinio Gallici et Hispanici
* p. 565 b. limitis; in eo[u] colloquio se promisit cum *suis[v] omnibus imperatoris manibus commendaturum. Quod licet imperator annuisset, multis intervenientibus causis remansit infectum[w]. Mauri de tota Hispania maxima classe collecta primo Sardiniam, deinde Corsicam applicuerunt nulloque[x] in ea invento presidio insulam pene totam depopulati sunt. Dum haec aguntur, Pippinus rex perfidia ducum Venetiorum incitatus ipsam insulam[y] bello terraque[z] marique vexabat; subiectaque Venetia ac ducibus eius in deditionem receptis eandem classem ad Dalmatiae[a] litora[b] vastanda misit. Sed cum Paulus Cefalaniae[c] prefectus cum orientali classe ad auxilium Dalmatiis[d] ferendum adventaret, regia classis ad propria regreditur. Ruodtrude[e] filia imperatoris, quae natu maior erat, VIII. Id. Iun. moritur. Imperator Aquis morabatur, ubi nuntiatum est ei, classem ducentarum navium de Nortmannia[f] in Fresiam[g] applicuisse ternaque[h] prelia cum Fresonibus commisisse Danosque victores tributum victis imposuisse et iam centum libras argenti a Fresonibus esse solutas; regemque Godefridum haec omnia agere[1]. Qui nuntius adeo imperatorem concitavit, ut missis in omnibus circumquaque regionibus ad congregandum exercitum nuntiis ipse sine mora

a) Thrasacho *A* 1; Trasacho *A* 2; Trasaco *A* 3; Trasco *B* 2. b) desiderat *B* 2. c) auxilia a S. contracta *B*. d) uulzos *A* 2. B 3. e) regresque *B* 2. f) reducere coepit *A* 2. g) pres. ponere *A* 2. h) trascho *A* 1; trasaco *A* 3; thasco *B* 1; trasco *B* 2. i) abotridorum *A* 2. *B* 2; abodrit. *A* 3. k) rerih *A* 1. 2. l) Imperator autem *A*. m) civitati *A* 3. *B* 3. n) egobertum *A* 1. o) negotium *B* 3. p) strariae *B* 1. q) essesflet *B* 3. r) egoberto *A* 1; egeberto *B* 2. s) auleolus *B* 3. t) pyrineum *A* 1. 2; pirennum *B* 3. u) quo *A* 1. 3. v) omn. suis *A* 2. w) inperfectum *A* 2. x) nullo *A*; et nullo *A* 3. y) *deest* B 1. z) que *deest A. B* 3. a) dalmiciae *B* 2. b) litera *B* 1; littora *B* 2. 3. c) cefaloniae *A* 3. d) dalmatis *A* 2. 3; darmatiis *B* 1. e) Rodtrudis *(A.) A* 1; Rotrudis *A* 2. 3; Ruodthrud *(B.) B* 1. 2. f) nordmannia *A* 1. *B* 2; normannia *A* 2. 3. g) fresia *B* 1. 3. h) terrenaque *B* 2. i) agere dixit *B*.

1) Godofridum domo esse *Ann. Laur.*

Ann. Laur. palatio exiens illas in partes tendere coepit[a]. Transito itaque Rheno flumine in loco, qui Lippia[b.1] dicitur, copias, quae nondum convenerant, statuit operiri[c]. Ubi cum[d] aliquot dies moraretur, elefans[e] ille, quem ei Aaron rex Sarracenorum transmiserat, subita morte periit. Congregatis tandem copiis, quanta potuit celeritate, ad Alaram[f] fluvium contendit[g] castrisque[h] positis minarum Godefridi regis prestolabatur[i] eventum; nam ille tirannus superbiae spiritu inflatus se iactavit arroganter, cum[k] imperatore[l] congredi velle[m]. Sed dum[n] imperator in loco memorato resideret[o], diversarum rerum legationes ad eum perferuntur: nam et classem, quae Fresiam vastabat, domum reversam et Godefridum a quodam suo satellite interemptum et castellum vocabulo Huobbuoki[p.2] Albiae flumini contiguum, in quo Odo[q] legatus imperatoris erat, et erat orientalium[r] Saxonum presidium, a Wilzis[s] captum et Pippinum filium eius, regem Italiae, VIII. Id. Iul. de corpore migrasse duasque legationes de diversis terrarum partibus, unam de Constantinopoli, alteram de Corduba, pacis[t] causa adventare nuntiabatur. Quibus ille acceptis disposita[u] pro temporis conditione Saxonia Aquis revertitur. Tanta fuit[v] in ea expeditione boum pestilentia, ut pene nullus tanto exercitui superesset, quin omnes usque ad unum perirent; et non solum ibi, sed etiam per omne imperium huius generis animalia perierunt. Aquis veniens mense Octobrio[w] memoratas legationes suscepit pacemque cum Nicophoro[x] imperatore et cum[y] Abulaz rege Hispaniae fecit; siquidem[z] Venetiam Nicoforo[a] reddidit et Heinricum[b] comitem dudum a Sarracenis captum Abulaz remittente recepit. Eo anno sol et luna bis defecerunt, sol V. Id. Iun. et pridie Kal. Decembr., luna XI. Kal. Iul., et XVIIII.[c] Kal. Ianuar. Corsica insula iterum a Mauris vastata est. Amoroz ab[d] Abdiraman filio Abulaz de Cesaraugusta expulsus et Oscam intrare[e] compulsus est. Godefrido, ut diximus, mortuo Hemmingus[f] filius fratris eius in regnum successit pacemque cum imperatore fecit.

Anno dominicae incarnationis DCCCXI. absoluto atque dimisso Arsafio spatario, legato Nicofori augusti, eiusdem pacis confirmandae gratia legati ab imperatore Constantinopolim mittuntur[g] Haido episcopus Basiliensis[h] et Hug[i] comes de Turonis et Aio Langobardus[k] de Foroiulo[l] et cum eis Leo quidam spatarius natione Siculus et Willarius dux Venetiae; quorum alter ante annos X Romae ad imperatorem, cum ibi esset, de Sicilia profugit et redire volens patriam[m] remittitur, alter propter perfidiam honore spoliatus Constantino*polim ad dominum * p. 566a.
suum duci iubetur. Condicta ab imperatore et Hemmingo rege Danorum pax[n] propter hiemis asperitatem, quae inter partes commeandi[o] viam claudebat, in armis tantum iurata servatur, donec redeunte veris temperie viis apertis, advenientibus ex utraque parte, Francorum scilicet et Danorum, duodecim primoribus, super fluvium Egidoram[p] datis vicissim secundum ritum ac[q] morem suum sacramentis pax confirmaretur. Proceres autem de parte Francorum hi fuere: Walach[r], Burchardus, Bernhardus[s], Egbertus, Theotheri[t], Avo, Osdag[u], Wichman[v], omnes comites; de parte

a) coepisset *A*. b) lippa *A* 2; q. d. L. *A* 1. c) operire *A* 2. 3; opperire *A* 1. d) *deest B* 1. e) elefas *A*. f) alarum *A* 3. g) venit *A* 2. h) castratisque *B* 2. i) prest. — spiritu *desunt B* 2. k) quod *B* 1. 2; quod cum *B* 3. l) c. imp. se *A* 2; se imperatori *A* 3. m) vellet *B*. n) cum *B* 3. o) residet *B* 1; sederet *B* 2. p) huobboki *A*. q) oddo *B* 3. r) or. erat *A*. s) uulzis *A* 2. *B* 3. t) causa pacis *A*; adv. pacis causa *B*. u) disposit *B* 2. v) in ea fuit *A* 1. w) octobris *B* 3. x) nicephoro *A* 3; michoforo *B* 1. y) *deest B* 2. z) ven. siqu. *A*. a) nicoforo *A* 1; nicephoro *A* 3. b) heinricum *A* 3; heimericum *B* 3. c) XVIII. *A* 3. d) et *B* 2. e) intra *B* 1. 3. f) henmingus *B* 1. g) mittantur *B* 2. h) de basala *B*. i) hugo *A* 2. 3; hugh *B*. k) longob. *B* 2 *semper*. l) foro iulii *A* 3. m) ad patriam *A*; patria *B* 2. n) rex *B* 2. o) comeandi *B* 2. p) agidoram *B* 1. 2. q) hac *B* 2. r) uualah *A*. s) *deest A* 2; bernardus *B* 1. 3. t) Theotericus *A* 1. 2; Theoderus *A* 3. u) osdach *A* 3. v) Uuihman *A* 1. 2; Uuigman *A* 3.

1) Lippeham *Ann. Laur.* 2) Hohbuoki *Ann. Laur.*

vero Danorum in primis fratres Hemmingi, Ancwin[a.1] et Anganseo[b], deinde ceteri honorabiles inter suos viri, quorum nomina superfluum duximus annotare. Imperator itaque pace cum Hemmingo firmata et placito generali secundum consuetudinem Aquis habito in tres partes regni sui totidem exercitus misit, unum trans Albiam in Linones, qui et ipsos vastavit et castrum Hohbuochi[c] superiori anno a Wilzis[d] destructum restauravit, alterum in Pannoniam ad controversias Hunorum ac Sclavorum finiendas direxit, tertium super Brittones ad eorum perfidiam puniendam misit; qui omnes rebus prospere gestis domum reversi sunt. Ipse autem imperator ad classem videndam, quam precedenti anno fieri et fabricari iusserat, ad[e] Bononiam venit farumque[f] ibi ad navigantium cursus dirigendos antiquitus constitutam[g] restauravit et in eius[h] summitate[i] nocte ignem accendit. Inde ad Scalt[k] fluvium veniens in loco, qui vocatur Gant, naves ad eandem classem aedificatas aspexit et circa medium Novembrium Aquis venit; ubi obviaverunt ei legati Hemmingi regis, Aovin[1.2] et Hebbi[m], munera regis[n] et verba pacifica[o] deferentes. Fuerunt etiam Aquis adventum eius prestolantes, qui de Pannonia venerunt, Canizauci[p] princeps[q] Avarorum[r] et Thudun[s] et alii principes ac duces Sclavorum circa Danubium habitantium, qui a ducibus Francorum, qui in Pannonias missi fuerunt[t], ad presentiam principis iussi sunt venire. Interea Carolus filius imperatoris, qui maior natu erat, obiit II. Non. Decembr. Ann. Laur.

Anno dominicae incarnationis DCCCXII.[u] Hemmingus Danorum rex moritur. Cui cum Sigifridus[v] nepos Godefridi et Anilo nepos Herioldi[w] succedere voluissent[x] neque[y] inter eos de divisione regni conveniret, comparatis copiis et commisso prelio ambo moriuntur. Pars tamen Anilonis adepta victoria fratres eius Herioldum[z] et Reginfridum reges sibi constituit[a]; quam necessario pars victa secuta eosdem sibi imperare non abnuit. In eo prelio decem milia nongenti quadraginta viri cecidisse memorantur. Nicophorus[b] imperator post multas et insignes victorias in Moesia provincia[c] commisso cum Bulgaris[d] prelio moritur; et Michahel[e] gener eius imperator factus legatos domni imperatoris, qui ad Nicoforum[f] imperatorem[g] missi fuerunt[h], suscepit in Constantinopolim[i] et absolvit. Cum quibus et suos legatos direxit, Michahelem[k] scilicet episcopum et Arsafium[l] atque Theognostum[m] protospatarium, et per eos pacem a Nicoforo[n] coeptam confirmavit; nam Aquisgrani, ubi ad imperatorem venerunt, cum[o] scriptum pacti ab eo in ecclesia suscepissent, more suo, id est greca
566 a. * p. 566 b. lingua, laudes ei dixerunt, Imperatorum eum et Basileum ap*pellantes. Et in[p] revertendo Romam venientes in basilica sancti Petri apostoli eundem pacti seu federis libellum a Leone papa denuo susceperunt. Quibus dimissis imperator generali conventu Aquis sollempniter habito Bernardum[q] filium Pippini nepotem suum in Italiam misit et propter famam classis[r], quae de Africa[s] et Hispania ad vastandam Italiam ventura

a) ancuuuin *B* 1. 3; ancuuuun *B* 2. b) angans cum eo *B* 3. c) hobuochi *(A.)* *A* 3; hobouchi *A* 1; obuochi *A* 2; hocbuchi *B* 1. d) uulzis *A* 2. *B* 3. e) *deest* *B* 3. f) fanumque *B* 2. g) constitutum *A*. h) *deest* *A* 3; eiusdem *B* 2. i) summitatem *B*. k) salz *A* 2; sclat *B* 2. l) ancuuin *A*; acuuin *A* 2. m) ebbi *A*; helbi *B* 1. n) regi *A* 2. 3. *B* 3. o) pac. verba *A* 2. p) canizave *A* 3. q) principes *B* 1. r) avarum *B*. s) thudum *A* 1. t) fuerunt missi *B* 2. u) DCCCXIII. *A* 1; Anno — DCCCXII. *hoc loco desunt* *A* 2. v) sigefridus *A* 3 *B* 3. w) herioldis *A* 2; heriboldi *B* 1; heriholdi *B* 3. x) voluit. Anno d. i. DCCCXII *A* 2. y) Sed cum neque *A* 2. z) heriholdum *B* 3. a) constituunt *A* 2. b) nicoforus *A* 1; nicephorus *A* 3; nichophorus *B* 1. 2; nichoforas *B* 3. c) provintia *A* 2. *B* 1. 2. d) uulgaris *B* 1. 2; burgaris *B* 3. e) michael *A* 2. 3. *B* 2. 3. f) nicophorum *A* 2; nicephorum *A* 3. g) *deest* *B* 2. 3. h) fuerant *A* 2. i) susc. constantinopoli *A* 2. k) michael *A* 2; michaelem *A* 3. *B* 2. 3. l) arsaphium *A* 2. 3. m) theonostum *A* 2; theodnostum *B* 3. n) nicophoro *A* 1. 2; nicephoro *A* 3. o) conscriptum *B* 2. p) *deest* *A* 2. q) bernh. *A* 1. 3. r) clausis *B* 2. s) defrica *B* 2.

1) Hancwin et Agantheo *Ann. Laur.* 2) Aowin *Ann. Laur.*

Ann. Laur. dicebatur, Walonem[a] filium Bernardi[b] patruelis sui cum illo esse iussit, quousque rerum[c] eventus securitatem suis adferret[d]. Haec classis partim in Corsicam, partim in Sardiniam venit, et ea quidem pars, quae ad Sardiniam venit, pene deleta[e] est. Classis Nortmannorum[f] Hiberniam[g] insulam aggressa, commissoque cum Scottis[h] prelio multi[i] ex eis interfecti[k], ceteri fuga lapsi sunt. A Grimaldo[l] duce Beneventanorum XXV milia solidorum auri pro tributo imperatori soluta sunt. Eodem anno expeditio facta est in Wilzos[m], et ab eis obsides accepti. Herioldus[n] et Reginfridus reges Danorum missa ad imperatorem legatione pacem petunt et fratrem[o] suum Hemmingum sibi remitti rogant. Hoc anno Id. Mai. post meridiem solis eclipsis fuit.

Anno dominicae incarnationis DCCCXIII. imperator Aquis hiemavit et incipiente vernali temperie[p] Hamalarium[1], qui episcopatum Treverensem tenebat, et Petrum abbatem monasterii de Nonantulas[q] propter pacem cum Michahele[r] confirmandam Constantinopolim misit. Ac deinde habito[s] generali conventu, evocatum[t] ad[u] se de Aquitania Ludowicum[v] filium, coronam[w] illi imperialis dignitatis imposuit; Bernardum[x] nepotem suum Italiae prefecit regemque[y] appellari iussit. Concilia quoque iussu eius super statu ecclesiarum per totam Galliam ab episcopis celebrata sunt, quorum unum Mogontiae[z], alterum Remis, tertium Turonis[a], quartum Cabillonis[b], quintum Arelate[c] congregatum est, et constitutiones, quae in singulis factae sunt, ab imperatore confirmatae sunt; quas qui nosse voluerit, in supradictis civitatibus invenire poterit, quamquam et earum exemplaria in archivo palatii habeantur[d].

Eodem tempore missi sunt trans Albiam quidam Francorum et Saxonum proceres ad terminos Nortmannorum[e], qui pacem cum eis secundum petitionem ipsorum facerent et fratrem regum eis redderent; iuramentis itaque ex utraque parte datis pax firmata est. Tamen ea tempestate reges domi non erant, sed ad Westerfalt[f.2] cum exercitu perrexerant, quae regio ultima regni illorum erat inter septentrionem et occidentem sita, contra[g] aquilonem Brittanniae summitatem respicit[h]; cuius principes ac populus eorum dominationem dedignabantur. Quibus perdomitis cum reversi essent et fratrem ab imperatore missum recepissent, filii Godefridi regis et nonnulli ex primoribus Danorum, qui iam dudum relicta patria apud Sueones[i] exulabant, adtractis[k] undique copiis bellum eis intulerunt et confluentibus ad se passim ex omni Danorum terra populorum turmis commisso cum eis prelio, eos regno paterno expulerunt.

(Ann. Prum.) Eodem[l] anno Carolus imperator obiit et Aquis in basilica sancti Salvatoris et sanctae dei genitricis Mariae honorifice sepultus est; quam basilicam ipse mirifico opere a[m] fundamento aedificari[n] fecit. Ludowicus[o] filius eius imperialia sceptra suscepit.

a) uuallonem *A* 1. *B* 2. 3. b) bernh. *A* 2. 3. c) reum *A* 1. d) afferret *A*. e) delata *B* 2. f) N. classis *A*; Nordem. *A* 1; Norm. *A* 2. g) hibeniam *B* 2. h) scotis *A* 1. *B* 1. 3. i) multis *B* 2. k) interfeci *B* 2. l) grimallo *A* 1; grimoaldo *A* 3. m) uulzos *A* 2. *B* 3; uiulzos *B* 1. n) herih *B* 3. o) fremen *B* 2. p) tempore *A*. q) nonantuas *A* 2; nonantulis *A* 3; nonantula *B* 1. r) michaele *A* 2. 3. *B* 3. s) habitu *A* 1. *B* 1. 2. t) evocato *A* 2. u) ad *B* 1. v) ludouuico filio *A* 1. 2; lodouuicum *A* 3. w) coronam — iussit *ex Ekkeh. mutavit A* 3. x) bernhardum *A* 1. *B* 1. y) regem *B* 1. 2. z) mogentiae *B* 1; mogontia *B* 2. 3. a) tironis *B* 2. b) caballonis *A* 1. *B* 1. 2; cabilonis *A* 2. c) arelatum *B*. d) hebeantur *B* 1. e) norm. *A* 2. f) uuesterfalth *A* 2. g) et contra *B* 3. h) respexit *A* 1. i) suessionem *A* 2. k) attractis *A*. l) Eodem — melius et proferimus *desunt A* 3. m) *deest B* 2. n) aedificare *A*. o) hlud. *A* 1.

1) Amalharium *Ann. Laur.* 2) Westarfoldam *Ann. Laur.*

Haec[a], quae supra expressa sunt, in quodam libello repperi[b] plebeio et rusticano sermone composita[c]; quae ex parte ad latinam regulam correxi, quaedam etiam addidi, quae ex narratione seniorum[d] audivi. Cetera, quae secuntur[e], meae parvitatis studio descripta[f] sunt, prout in[g] chronicorum[h] libris[1] adnotata inveni[i] aut ex relatione patrum auditu percipere potui. Et de Ludowici[k] quidem imperatoris temporibus perpauca litteris comprehendi, quia nec scripta repperi[l], nec a senioribus, quae[m] digna essent memoriae commendanda, audivi; de Hlotharii[n] vero[o] imperatoris et
* p. 567. fratrum eius regum *Francorum gestis plura descripsi. Ubi vero ad nostra tempora ventum est, latius narrationis sermonem protraxi: 'aliter enim', ut Ieronimus ait[2], 'narrantur visa, aliter audita; quae[p] melius scimus[q], melius et proferimus'.

818.

Anno dominicae incarnationis DCCCXVIII.[r] Bernardus[s] (Ann. Prum.). filius Pippini, rex Italiae[t], Aquis evocatus[u] ad imperatorem[v] dolo capitur et primo oculis, post vita privatur[3]. Habuit autem iste Bernardus[s] filium nomine Pippinum, qui tres[w] liberos genuit, Bernardum[s], Pippinum et Heribertum; qui Heribertus[4] Rodulfum[x] comitem[5] filium Balduini[y] interfecit nostris temporibus et non multum post[6] occisus est a Balduino[z], satellite Balduini[z] fratris Rodulfi[x], qui[a] Balduinus hucusque[7] in Flandris[b] ducatum tenet.

829.

Anno dominicae incarnationis DCCCXXVIIII. Tancradus[c] (Ann. Prum.). secundus[d] abba[e] monasterii[f] Prumiensis obiit, et[g] Marcwardus ei in regimine successit[8], vir prudens et sacrae religioni deditus.

a) Anno incarn. Domin. DCCCXIIII. Haec *A* 1. b) reperi *A* 1. *B* 3. c) excomposita *A* 2. d) servorum *A*. e) sequuntur *A* 2. *B* 2. f) scripta *B* 2. g) *deest B* 3. h) cronicorum *A* 2; theonicorum *B* 2. i) repperi *A*. k) hludouui *B* 1. 2. l) reperi *B* 1. m) qui *B* 2. n) lotharii *A* 2; hlothario *B* 3. o) *deest B* 3. p) Quod et *B* 3. q) meliuscimus *B* 2. r) DCCCXIII. *B* 1. s) bernhard. *A* 1. 3. t) ut alię *B* 1. u) vocatus *A*. v) ab imperatore *A* 3. w) ters *B* 2. x) rodolfum, rodolfi *A* 3. *B* 1. y) balduuini, balduuino, balduuinus *A* 1. 3. z) balduuin. *A* 1. 3. a) qui — tenet *desunt A* 3. b) fiandis *A* 1. c) Tranchradus *A* 2. d) secundus abba — non adeo prevaluit *desunt in B* 3, *ubi plus quam quattuor linearum spatium vacuum relictum est.* e) abbas *A*. f) Prum. mon. *A* 2. g) et — successit *desunt A* 3.

1) *Annalibus Prumiensibus antiquis et epistularum quadam collectione; v. praef. p. VIII et 'Neues Archiv' XV,* 318—324. 2) *Contra Rufin. l. II,* 25 *(Opp. ed. Vallarsius II,* 520*):* Aliter enim audita, aliter visa narrantur. Quod melius intelligimus, melius et proferimus. 3) *Ex Annalibus Prumiensibus perditis, e quibus Ann. Stabulenses (SS. XIII) et Prumienses (SS. XV,* 2*) derivati sunt; Bernhardus non occisus, sed ex vulnere mortuus est.* 4) *Viromandensis comes.* 5) *Cameracensem, filium Balduini I. comitis Flandriae, a.* 896 *Iun.* 28*; v. Ann. Blandin. (SS. V), v. Kalkstein, 'Gesch. des franz. Königtums' I,* 104. 6) *Inter annos* 900 *et* 908*; cf. Dümmler, 'Geschichte des ostfränkischen Reichs' ²III,* 520 *n.* 7) *Balduinus (II. Calvus) Rodulfi frater in Flandris annis* 879—918 *ducatum tenuit. P.* 8) *Quae in Ann. Stabulensibus ad a.* 826, *Prumiensibus ad a.* 828 *ponuntur.*

836.

(818). Anno dominicae incarnationis DCCCXXXVI.[a] Brittones foedera violant[b] et rebellare incipiunt cum duce eorum[c] nomine Murmano; contra quos imperator exercitum producit[d].[1], sed non adeo prevaluit.

837.

(818). Anno dominicae incarnationis DCCCXXXVII. Murmanus rex Brittonum moritur, et Numenoio apud Inglenheim[e] ab imperatore[f] ducatus ipsius gentis traditur.

838.

(833). Anno dominicae incarnationis DCCCXXXVIII.[g] Ludowicus[h] a suis imperio privatur et privatus[i] custodiae traditur, regnique monarchia Lothario[k] filio eius per electionem Fran-
(834). corum[l] datur; rursumque[m] a filio Ludowico[n] et a Francis de custodia eruitur ac in[o] imperiali sede[p] restituitur[2]. Fuit autem haec deiectio ex permaxima[q] parte facta[r] propter multimodam fornicationem[s] Iudith[t] uxoris eius.[3]

839.

(834). Anno dominicae incarnationis DCCCXXXVIIII. Lotharius[u] derelicta Francia Italiam petiit[v].[4]. Ebbo episcopus
(835). Remorum[w] in generali sinodo deponitur ac multi alii exilio dampnantur, qui in deiectione imperatoris conspiraverant[x].[5].

840.

(Ann. Prum.). *Anno dominicae incarnationis DCCCXL. Ludowicus[y] * p. 568.
imperator, dum filium Lodowicum[z] trans Rhenum[a] persequitur, morbo gravatur[b] et in navi[c] missus per Moinum[d] fluvium[e] in Rhenum deducitur ibique in insula iuxta Inglinheim[f] vita decedit[6]. Inde Mediomatrico[g].[7] deportatus in basilica sancti Arnulfi honorabiliter sepulturae[h] mandatur. Statimque[i] Lotharius[k] Italia egressus[l] imperium arripuit.

a) DCCCXXXVII. *B* 1. b) violare *B* 1. c) suo *A*. d) produxit *A* 2. 3. e) ingelinheim *A* 3; hengillinheim *B*. f) ab imp. *desunt A*. g) DCCCXXVIII. *B* 1. h) lodonuicus *A* 3. i) privatae *A* 2. k) hloth. *A* 1. *B* 3. l) fratrum *A*. m) sursumque *B* 1. n) hlud. *A* 1; lod. *A* 3. o) *deest B* 2. p) et in sedem imperialem *A*. q) maxima *A* 3. r) *deest A* 3. s) multimodas fornicationes *A* 2. t) iudiht *A* 1. u) hloth. *A* 1; Loth. — conspiraverant *desunt A* 3. v) petit *B* 1. 2. w) ebo remorum ep. *A*. x) conspiraverunt *B* 2. y) hlud. *A* 1; lod. *A* 3. z) hlud. *A* 1. a) renum *B* 1. 2. b) gravatus *A* 3. c) navim *A*. d) mogonum *A*. e) *deest B* 1. 3. f) ingleheim *A* 2; hengillinheim *B*. g) ad mediomatricorum civitatem *A*. h) sepelitur *A* 3. i) statim *A* 1. 2. k) hloth. *A* 1. l) regressus *A*.

1) *De hac expeditione a.* 818 *facta, in qua Mormanus occisus est, cf. Simson, 'Jahrbücher Ludwigs d. Fr.' I,* 128—136. 2) *Quae non a.* 838, *sed* 833—834 *facta esse constat; Dümmler, 'Geschichte d. ostfr. Reichs'* ²*I,* 65—95. 3) *Adulterii cum Bernhardo duce Septimaniae commissi insimulabatur.* 4) *A.* 834; *Dümmler* ²*I,* 100—101. 5) *A.* 835; *Dümmler* ²*I,* 108—111. 6) *Iun.* 20; *cf. Dümmler* ²*I,* 136—138. 7) *Metz.*

841.

Anno dominicae incarnationis DCCCXLI. Ludowicus[a] et Carolus[b] indigne ferentes[c], quod regno paterno per omnia privati essent, exercitum[d] undequaque contrahunt ac[e] mox fratrem bello adgrediuntur apud Fontaniacum[1]. In qua (Ann. Prum.). pugna ita Francorum vires adtenuatae[f] sunt ac famosa virtus infirmata, ut non modo ad amplificandos regni terminos, verum etiam nec[g] ad proprios tuendos in posterum sufficerent[h]. Tandem[i] non sine gravi dispendio suorum Carolus[b] et Ludowicus[a] vicerunt[2].

842.

Anno dominicae incarnationis DCCCXLII. tres supradicti fratres imperium Francorum inter se diviserunt[3]. Et (843). Carolo[b] occidentalia regna cesserunt[k] a Brittannico oceano usque ad Mosam[l] fluvium, Ludowico[a] vero orientalia, scilicet omnis Germania usque Rheni[m] fluenta et nonnullae civitates cum adiacentibus pagis trans Rhenum[m] propter vini copiam. Porro Lotharius[n], qui et maior natu erat et[o] imperator appellabatur, medius inter utrosque incedens regnum sortitus est, quod hactenus[p] ex eius[q] vocabulo Lotharii[r] nuncupatur[4], totamque Provintiam nec non[s] et omnia regna Italiae cum ipsa Romana urbe, quae et modo ab omni sancta ecclesia propter presentiam apostolorum Petri et Pauli speciali quodam veneratur privilegio et quondam propter Romani nominis invictam potentiam orbis terrarum domina[t] dicta fuerat.

847.

568. Anno dominicae incarnationis DCCCXLVII.[u] Hetti[v] (Ann. Prum.). Trevirorum[w] episcopus[x] ex hoc seculo transiit, et Thietgaudus[y] cathedram eius optinuit.

851.

Anno dominicae incarnationis DCCCLI. obiit Hirmingardis[z] (Ann. Prum.). regina[5], coniunx[a] Lotharii[r] imperatoris, venerabilis et Deo acceptabilis matrona, quae tres filios Lothario[s] genuerat, videlicet Ludowicum[b], Lotharium[r] et Carolum[c].

a) hlud. *A* 1; lod. *A* 3. b) Kar. *A*. c) ferens *B* 2. d) exertitum *B* 1. 2. e) ac — fontan. *ex Ekkehardo A* 3 *mutavit*. f) atten. *A*. g) *deest A* 3. h) vix suff. *A* 3. i) Tamen *A* 1. 2. k) concesserunt *A* 2. l) moram *B* 2. m) reni, renum *B* 2. n) hloth. *A* 1. *B* 3. o) *deest A*. p) actenus *B* 3. q) eo *B* 1. r) hloth. *A* 1. s) *deest A* 1. t) dontina *A* 1. u) DCCCXLVI. *A*. v) Heti *B* 2. w) Treverorum *B* 1. 2. x) archiepiscopus *A*; episc. Trev. *B*. y) thiethgaudus *A* 2; tiehtgaudus *B* 2; Hietgaudus *B* 3. z) irmingardis *A* 1. a) coniux *A* 2. *B* 1. b) hlud. *A* 1; lod. *A* 3. c) Karolum *A*.

1) *Rectius Fontanetum, hodie Fontenoy en Puisaye; cf. Dümmler I,* 154 *sqq.* 2) 841 *Iun.* 25. 3) *Virduni mense Augusto a.* 843; *de quo foedere Dümmler I,* 201—215. 4) *Non ab illo tantum, sed et a filio eius Lothario Lotharingia nomen accepit.* 5) 851 *Mart.* 20; *Dümmler I,* 397.

853.

(843). Anno dominicae incarnationis DCCCLIII. Nortmanni[a] Brittannicum mare navigio girantes ostia[b] Ligeris fluminis occupaverunt[1] et repentina irruptione civitatem Namne*tis[2] * p. 569. invadunt omniaque caedibus, incendiis ac rapinis depopulantes pontificem civitatis[3] ipso die sabbato sancto[c] paschae[4], cum baptismum[d] ex more celebraret, in basilica interficiunt clerumque trucidant; omnemque circumquaque regionem devastantes
853. (Ann. Prum.). primum Andegavensem, deinde Turonicam occupant urbem[5] ac, velut[e] inmanis[f] tempestas cuncta prosternit[g], ita cuncta consumunt. Templum etiam precellentissimi pontificis Martini incendio cremant. Tunc[h] primum Nortmannorum[i] classis, ut aiunt, Ligeris[k] attigit[l] litora[m].

(Ann. Prum.). Eodem anno Egil abba[n] monasterii[o] Prumiensis[p] constituitur[6].

(852). Circa[q] haec tempora[7] Carolus Pippinum regem Aquitaniae, nepotem suum, cępit[r], ipsis Aquitanis eum prodentibus[s], eo quod pace soluta eadem provintia a suis indigenis devastaretur[t] et multa illic mala impune[u] patrarentur; et[v] captum cum consilio episcoporum ac[w] procerum attondit[x] et habitu monachico indutum Suessionis[y.8] in monasterio[z] sancti
(853). Medardi misit. Inde duobus monachis in hoc[a] consentien-
(Ann. Prum.?). tibus simul et opem ferentibus fuga dilapsus est[9]; sed iterum captus in Silvanectis[b.10] castro munitissimo custodiae manci-
(864). patur. Fuit vero iste Pippinus filius Pippini, filii Ludowici[c] imperatoris, de quo ferunt[d], quod eum pater*, dum adhuc puerilis esset aetatis, voluerit ad clericatus officium promovere ac Drogoni episcopo Mettensi[e.11], avunculo[f] videlicet suo, commendare erudiendum liberalibus simul et ecclesiasticis disciplinis. Sed paternis votis[g] Lotharius[h] eiusdem pueri frater[i] obvius nequaquam permisit eum adtondi, sed vi abstraxit de manu patris: erat enim isdem puer, ut aiunt,

*) videlicet Ludowicus imperator *add. A.*

a) Nordmanni *A* 1; Normanni *A* 2. b) hostia *B*. c) sčę *B* 1. 3. d) baptissimum *B* 1. e) velud *A* 2. f) unanimis *A* 3. g) prosternunt *A* 3; *ubi* ita c. cons. *desunt*. h) Tunc — Eodem anno *desunt A* 3. i) nordm. *A* 1. *B* 2; norm. *A* 2. k) legens *B* 3. l) adtigit *B*. m) littora *B* 1; litera *B* 3. n) Egilalba *B*. o) monasterio *B* 3. p) prunensiensis *A* 2. q) Circa — fecimus *desunt A* 3. r) coepit *A*; *deest B*. s) tradentibus *A* 2. t) devasteretur *B* 1. u) inpune *B*. v) cępit et *B*. w) et *B*. x) adtondit *B* 1. 3. y) sessionis *A* 1. z) monasterium *A* 1. a) in hoc *desunt A*. b) silvanectensi *A* 2. c) hlud. *A* 1; luduuici *B* 3. d) fertur *A* 2. e) metensi *B*; mettensi episcopo, fratri suo, patruo videlicet pueri, commendare *A*. f) avinculo *B* 1. 3. g) vocis *B* 3. h) hloth. *A* 1. i) fr. eiusd. p. *B* 1. 2.

1) *Anno* 843; *Dümmler I*, 198 *sq.* 2) *Nantes.* 3) *Gunthardum episcopum* 835—843. 4) *Immo die S. Iohannis a.* 843; *sed a.* 853 *eadem urbs iterum ab eis vastata est.* 5) *Angers et Tours; Dümmler I*, 386. 6) *De quo cf. Dümmler I*, 391, *n.* 3. 7) *A.* 852; *Dümmler I*, 355 *sq.* 8) *Soissons.* 9) *A.* 853. 10) *Senlis, a.* 864; *Dümmler II*, 104. 11) *Episcopo* 823—855, *fratri Ludowici imperatoris, patruo Pippino;* avunculi *nomine Regino semper utitur loco* patrui.

ingentis[a] pulchritudinis[b]. Cui postmodum[1] pater* Aquitaniam provinciam tantum[c] concessit. Sed non ei in[d] prosperum cessit[e], quod a Dei cultura[f] et servitio revocatus[g] est; ebrietatibus enim et comessationibus[h] die noctuque[i] vacans ad extremum mente captus in amaniacam[k] incidit passionem et presentem vitam cum dedecore amisit[2], successorem relinquens Pippinum filium, de quo paulo[l] superius mentionem fecimus. (817). (838).

855.

Anno dominicae incarnationis DCCCLV. Lotharius[m] convocatis primoribus regni[n] imperium filiis suis divisit[o]; Ludowico[p] Italiam tradidit eumque[q] imperatorem appellari[r] fecit, equivoco[s] vero, id est[t] Lothario[u], regnum, quod ex suo nomine vocatur, concessit, Carolo autem, qui iunior[v] natu erat, Provintiae regnum largitus est. Dispositis[w] itaque atque ordinatis regni negotiis valedicens suis reliquit seculum[x] atque[y] in Prumia monasterio veniens[z] comam capitis deposuit habituque sanctae conversationis suscepto, in religionis professione diem clausit extremum III.[a] Kal. Octobr.[3] (Ann. Prum.). Sept. 29.

856.

Anno dominicae incarnationis DCCCLVI. Lotharius[b] rex Thietbirgam[c] reginam sibi in matrimonium iunxit[d.4]; ex qua coniunctione maxima ruina non illi solum[e], sed etiam omni regno eius accidit[f], sicut in subsequentibus luce clarius apparebit[5]. (855).

858.

Anno dominicae incarnationis DCCCLVIII.[g] Carolus[h] rex, filius Lotharii[b] imperatoris, moritur[6], qui Provinciam regebat[i]; et ex[k] regno, quod tenuerat, facta est non modica controversia inter Lotharium[b] regem et avunculum[l] eius Carolum[7]. (863).

*) Ludowicus imperator, pater suus, cum inter filios suos imperium divideret, *A*.

a) mirae *A*. b) pulcrit. *B* 1. 3. c) tantum provinciam *A*. d) *deest B* 1. e) *deest B* 1. 2. f) cult. et *desunt A*. g) subtractus *A*. h) conmess. *A*. i) nocteque *A* 1. k) amaniacum *B* 3. l) *deest A*. m) hloth. *A* 1. n) regni—divisit *desunt A* 3. o) imp. suum inter filios div. *B*. p) hlud. *A* 1; lodowico *A* 3; et lud. *B*. q) et imp. constituit *A* 3. r) app. imp. *A* 2. s) equiv.—est *desunt A* 3. t) idem *A*. u) hloth. *A* 1; lotharium *B* 2. v) maior *A* 2. w) Disp.—negotiis *desunt A* 3. x) sec. rel. *B*. y) *deest B* 1. z) attonsus *A* 3; *ubi* veniens—suscepto *desunt*. a) IIII. *A* 3. b) hloth. *A* 1. c) thiethb. *A* 2; thietbergam *A* 3; tietb. *B* 3. d) in matrimonio sumpsit *A* 3. e) *deest B* 1. 2; non solum illi *A* 2. *B* 3. f) accedit *B* 1. g) DCCCLVIIII. *B* 1. 2. h) Karolus *A*. i) rex provinciae *A* 3. k) de *A* 3. l) patruum *A*.

1) *A.* 817; *Dümmler I,* 21—23. 2) 838 *Dec.* 13; *Dümmler I,* 130. 3) *Quibus de rebus cf. Dümmler I,* 391. 4) *Anno* 855; *Dümmler II,* 5. 5) *Cf. infra p.* 89. 6) 863 *Ian.* 24; *Dümmler II,* 49. 7) *Immo inter Lotharium et fratrem eius Ludowicum imperatorem.*

859.

*Anno dominicae incarnationis DCCCLVIIII. Lotharius[a] Hucberto abbati ducatum inter Iurum[b] et montem Iovis commisit[1], eo quod tunc fidelissimus putaretur, utpote affinitate coniunctus propter sororem Thietbirgam[c]. * p. 570.

860.

(Ann. Prum.). Anno dominicae incarnationis DCCCLX. Egil abbatiam Prumiensem[d] sua[e] sponte dimisit[2], et Ansbaldus in regimine successit, vir omni sanctitate et bonitate conspicuus. His (846). temporibus Ludowicus[f] senior[g], frater Lotharii[a] imperatoris, (855). plurima bella strenuissime gessit adversus Sclavorum gentes[h.3]; (864). siquidem Marahensium regna ingressus armis cuncta per- (870). domuit, capto eorum principe nomine[e] Rastiz[i.4], cui etiam propter violata foedera oculos effodere[k] iussit.

Ea tempestate inter principes Caroli[l] magnum discordiarum ac litium efferbuit incendium. Denique Lambertus[m], (851). qui ducatum tenebat inter Ligerim et[n] Sequanam, Vivianum potentem virum[5] dolo interfecit; rursus[o] eundem[e] Lamber- (852). tum[p] Gauzbertus[q] comes cum aliis aeque[r] dolo trucidavit. (853). Isdem[s] Gauzbertus[q] iussu Caroli[l] decollatus[t] est[6]. Destitutam terram principibus et consilio nudatam[e] perspicientes (851). Brittones arma corripiunt, fines[u] regni[e] Francorum invadunt, Ligerim transeunt et usque Pictavis progrediuntur[7], caedibus, rapinis ac[e] incendiis omnia depopulantes, oneratique[v] ingenti preda ad propria redeunt. Ad compescendam vero[w] huius[x] presumptionis[e] insolentiam Carolus[l] cum magno[y] exercitu * p.

a) Hloth. *A* 1. b) Iuram *A* 3. c) thiethbirgam *A* 2; thietbergam *A* 3. d) pruniensem *A* 2. *B* 2. e) *deest A* 3. f) hlud. *A* 1; lod. *A* 3. g) sen.—imp. *desunt A* 3. h) adv. scl. g. gessit *A* 2. i) raszi *A* 2. k) erui *A*. l) Kar. *A*. m) lanbertus *(B.) B* 1. 2; lantbertus *B* 3. n) ac *A* 3. o) rursusque *A* 3. p) lanb. *B* 1. 2; landb. *B* 3. q) gausbertus *A* 3; gozbertus *B*. r) *deest A* 1. s) qui *A* 3. t) decolatus *B* 2. u) regni fines *A* 1. v) onoratique *B* 2. w) *deest A* 3. *B*. x) hanc *A* 3. y) ingenti *A* 3.

1) *Non Lotharius demum Hugberto Agaunensi abbati (St. Maurice) ut uxoris fratri ducatum hunc dedisse, sed illius affinitas ut viri potentissimi propter id ipsum a rege expetita videtur esse; cf. Dümmler II,* 6. 2) *Archiepiscopus enim Senonicus* (860—870) *factus est.* 3) *Annis* 846, 855, 864; *cf. Dümmler I,* 298, 388—390, *II,* 86. 4) *Rastislavus dux* (846—870) *a Suentopulco nepote suo proditus a.* 870 *Karlmanno Ludowici filio traditus est; cf. Dümmler II,* 294 *sq.*, 301 *sq.* 5) *Vivianus exercitus Francorum dux a Bretonibus, cum quibus Lambertus Namnetensis marchio perfidus stetit, in eadem pugna, de qua noster paulo infra narrat, occisus est, Lambertus a Gauzberto Cenomanensi comite a.* 852 *captus et interfectus; Dümmler I,* 351—353. 6) *A.* 853; *Dümmler I,* 380. 7) *A.* 851 *Bretones non usque ad urbem Pictaviensem (Poitiers) illi quidem, sed urbibus Rennes, Nantes, Le Mans, vastatis usque ad monasterium Glonnam (St. Florent) in finibus Pictaviensibus (Poitou) ad Ligerim situm progressi sunt; qua in expeditione Nomenoius rex mortuus est. Cf. Dümmler I,* 342 *sq.*

Brittanniam intravit. Pugna committitur[1], Saxones, qui conducti fuerant[a], ad excipiendos velocium equorum[b] anfractuosos[c] recursus in prima fronte ponuntur, sed primo impetu spiculis Brittonum territi in acie se recondunt. Brittones more solito huc illucque[d] cum equis ad huiuscemodi[e] conflictum exercitatis[f] discursantes[g] modo confertam[h] Francorum aciem impetunt ac totis viribus in medio[i] spicula torquent, nunc fugam simulantes[k] insequentium nihilominus pectoribus spicula figunt. Franci, qui comminus[l] strictis gladiis pugnare consueverant, attoniti stabant, novitate ante[m] inexperti discriminis perculsi, nec ad insequendum idonei nec in unum conglobati tuti. Nox superveniens bellum[n] diremit[o]. Multi ex Francis interfecti, quamplurimi vulnerati, innumerabiles equi perierunt. Sequenti die rursus pugna inchoatur, sed graviori[p] infortunio finitur. Quod cernens Carolus nimio terrore dissolutus noctu[q] inscio exercitu clam aufugit, derelicto[r] papilione, tentoriis et omni[s] regio apparatu. Mane facto, cum exercitus fuga lapsum regem comperisset, nimia formidine repletur[t] nihilque[u] aliud nisi[v] de fuga meditatur. Brittones cum clamore irruunt et[w] castra Francorum omnibus divitiis referta[x] invadunt omnemque belli copiam capessunt[y], fugientia Francorum agmina insecuntur[z], obvios quosque[a] aut ferro cedunt aut vivos capiunt; reliquos fuga servavit. Ditati itaque Brittones opibus Francorum armisque instructi in sua se recolligunt.

861.

Anno dominicae incarnationis DCCCLXI. Carolus pla- (853).
* p. 571. citum habuit in Compendio[2] ibi*que cum optimatum consilio Rodberto[b] comiti ducatum inter Ligerim et Sequanam adversum Brittones commendavit[3], quem cum ingenti industria per aliquod tempus rexit[4].

862.

Anno dominicae incarnationis DCCCLXII. Nomeneius[c] (851).
rex Brittonum moritur, divino nutu percussus[5]. Nam cum

a) erant *A* 3. b) equorum *A* 1. *B* 1. 2. c) amfr. *A* 1; anfrant. *B* 1; anfract. *corr.* anfrant. *B* 2; anfranct. *corr.* anfract. *B* 3. d) illuc *B* 2. e) huiusmodi *A* 3. f) exertitis *B* 2. g) discursans *B* 1. h) consertam *A* 2. *B*. i) medium *A*. k) *deest A*. l) cominus *A* 3. m) *deest A* 3. n) prelium *B*. o) dirimit *A* 2. p) priori *B* 3. q) nocte *A* 1. 3. r) relicto *A* 3. s) omnem regium apparatum *B*. t) repletus est *A* 2. u) nil *A* 3; nichilque *B* 1. 2. v) quam *A* 3. w) *deest A* 3. *B*. x) referta divitiis *A*. y) capescunt *B* 1. z) insequuntur *A*. a) *deest A* 3. b) rotberto *A* 2. *B* 2; ruotberto *B* 1. 3. c) nometieius *A* 1; Numeneius *B*.

1) *In quarto Caroli contra Bretones expeditione* 851 *Aug.* 22. *inter urbes Mayenne et Vilaine; Dümmler I,* 351. 2) *Compiègne.* 3) *In conventu Silviacensi (Servais) a.* 853 *(LL. I,* 426*) Robertus comes, natione Saxo cum Dodone episcopo Andegavensi et Osberto comite missus regius* in Cinnomannio *(Maine),* Andegavensi *(Anjou)* atque Turonico *(Touraine),* Corboniso et Sagiso *(= Normandie) nominatus est; cf. Dümmler I,* 450. 4) *Usque ad a.* 866; *v. infra a.* 867. 5) *A.* 851 *Mart.* 5; *v. supra a.* 860.

ecclesias Dei devastaret et confinia crudeliter[a] depopularetur, eo quod Carolo debitam fidelitatem servarent, quadam die, cum equum ascendere vellet, ut coeptam[b] malitiam consummaret[c], repente vidit ante se sanctum Maurilionem episcopum astare sibi[d] haec torvo vultu et terribilibus oculis ingeminantem: 'Desine iam, crudelis predo, ecclesias Dei devastare[e]'. His dictis baculum[f], quem manu gestabat, elevans[g] eum in capite percussit; qui a suis in domo[h] reportatus vitam cum regno finivit. Fuit autem[g] iste Maurilio[i] episcopus Andegavensis[k] urbis[1·1], cuius civitatis termini coherebant finibus Brittanniae et ideo[m] ab eis graviter depopulabantur[n]. Filius Nomenoi[o] Herispoius regnum paternum obtinuit[p].

863.

(851). Anno dominicae incarnationis DCCCLXIII. Carolus iterum[q] cum immenso exercitu fines Brittonum intravit[r], sed minime, ut optaverat, prevaluit; novissime cum eis pacem[s] fecit[2]. Datis itaque[t] ex utraque parte obsidibus et sacramentis Herispoius rex[g] ad eum venit eiusque[u] dominationi se[v] subdidit. Carolus vero[w] magnis muneribus honoratum Herispoium in regnum abire permisit; ipse[x] in Franciam revertitur.

864.

(857). Anno dominicae incarnationis DCCCLXIIII. Lotharius[y] rex coepit[z] occasiones quaerere[3], qualiter Thietbirgam[a] reginam a suo consortio separare potuisset[b]. Quam exosam habebat propter Waldradam, quae eius fuerat concubina, cum adhuc[c] adolescens esset in domo paterna[d]: hanc siquidem[c] diabolo inflammante nimio diligebat amore. Guntarium[e]
Nicol.ep.LVIII. itaque Coloniensis urbis[f] pontificem[4], qui eo tempore erat archicapellanus, rex[c] primo per subintroductos[c] missos[g], deinde per semetipsum[h] super huiuscemodi[c] discidio omni arte aggreditur. Et ut facilius assensum preberet, promisit

a) crud. conf. *A* 1. b) ceptam *B*. c) consumaret *A* 2. *B* 2. 3. d) sibique *A* 3. e) vastare *A* 2. f) baculo *A* 3. g) *deest A* 3. h) a suis domum *A*. i) maurilius *B* 3. k) andagavensis *A* 1. l) civitatis *A*. m) idcirco *B*. n) depopulabatur *A* 1. 2; vastabantur *A* 3. o) nomine *A* 2; nomenei *A* 3; numenoi *B*. p) opt. *B*. q) item *A* 3. r) invasit *A* 3. s) pacem c. eis *A* 1. t) datisque *A* 3. u) eius *B* 1. 2. v) se dom. *A*. w) *deest B*. x) ipse autem *A* 1. 2; et in *A* 3. y) Hloth. *A* 1. z) cępit *B*. a) thieth- *A* 2; tiet- *B* 3 *plerumque;* thietbergam *A* 3 *semper*. b) separaret *A* 3. c) *deest A* 3. d) patris *A* 3. e) cunctharium *B* 1. f) coloniensem *A* 3. g) submissos *A* 3. h) se *A* 3.

1) *Mortuus c. a.* 427; *Acta SS. Sept. IV*, 60. 2) *Carolum a.* 851 *iam quartum contra Bretones profectum esse supra commemoravimus. Clade illa accepta eodem anno in urbe Andegavensi pacem iniit, qua Erispoius, quamquam Carolum dominum agnovit, tamen cum regis nomen a patre arrogatum tum fines Redonenses (Rennes), Namnetenses (Nantes), Ratiatenses (Retz) ab eodem expugnatos possessionem legitimam adeptus est; Dümmler I,* 351 *sq.* 3) *Inde ab a.* 857; *Dümmler* ²*II*, 6 *sq.* 4) *A.* 850—864.

se[a] eiusdem[b] episcopi[a] neptem in[a] matrimonium[c] accepturum, tantum ut predictam[a] Thietbirgam[d] eius aliorumque episcoporum[e] auctoritate et[a] licentia[a] repudiare quacumque[a] ratione[a] potuisset. Qui, ut erat levis animo ac[f] inconsideratus actione, protinus[a] omni intentione in rem introducitur[g], vana spe, ut postea claruit, seductus. Rursus[a] idem Guntarius[h] Thietgaudum[i] archiepiscopum Treverensem[k. l] hac de[l] causa alloquitur[m] et, sciens[n] esse[a] virum simplicem nec adeo in[o] divinis scripturis eruditum canonicisque sanctionibus exercitatum, ex utriusque testamenti paginis quasdam sententias profert[a], quas[a] aliter, quam ecclesiastica regula[p] docet, edisserens virum improvidum secum in foveam trahit, Matth. 15, 14.
caecus caeco ducatum prestans.

Quid plura? facta sunt omnia, quae huic commento (860).
videbantur esse[a] necessaria. Concilium Mettis convocant[2], reginam quasi canonice evocatam[q] in medio statuunt, testes producunt una[r] cum scriptis, qui valde[a] gravia crimina imponentes inter[a] alia[a] protestati sunt, quod eadem Thietbirga confessa fuisset, semetipsam fratris germani incestuoso concubitu esse pollutam. Continuo statuta patrum[s] de incestuosis recitantur, et non solum a legitimo viro separatur,
* p. 572. verum etiam[a] omnis copula *maritalis inhibetur, poenitentia iuxta modum culpae indicitur, et tali[t] nefaria machinatione diu exoptata voluntas[u] regis adimpletur[v].

Non multo post interiecto[w] tempore[w] iterum conventum (862).
synodalem Aquis coadunant[x. 3], ubi[y] rex[w] libellum suae procla- Acta conc. Aqu.
mationis[z] obtulit, ubi continebatur, qualiter[a] in quadam femina, Thietbirga nomine[w], factiosis perfidorum hominum argumentis fuerit[b] defraudatus, immo non mediocriter repetivit[c], quod iudicio episcoporum discidii sententiam pertulisset. Quae si idonea esset coniugali thoro et pestifera incestus pollutione fedata non fuisset nec[d] vivae vocis confessione publice condempnata, sponte eam retineret: porro se incontinentem esse professus est et sine copula iuvenilis aetatis ardorem ferre

a) *deest A* 3. b) neptem eiusd. ep. *A* 1. 2; n. eius *A* 3. c) matrimonio *A* 3. d) thietbergam *A* 3. *B* 1. e) *deest B* 1. f) et *A* 3. g) introductus est *A* 2. h) guntharius *A* 1. i) tieth- *B* 2 *saepius*. k) trevir. *B* 2. l) de hac *A* 1. m) loquitur *B* 3. n) sciensque *A* 3. o) in canonicis sanct. *A* 3. p) pagina *A* 3. q) vocatam *A*. r) unum *A* 1. s) patrum statuta *A*. t) tam *A*. u) voluptas *A* 1. 2; volūptas *B* 1. 3. v) impletur *A* 3. w) *deest A* 3. x) adunavit *A* 3. y) Ibi *A* 2. z) proreclam. *A* 1; reclam. *A* 2. a) quod *A* 3. b) fuerat *B*. c) repetiit *B*. d) et *B* 1. 2.

1) *A.* 847—864. 2) *Non Mettis, sed Aquisgrani duabus synodis a.* 860 *Ianuario et Februario mensibus habitis Thietberga regali conubio indigna declarata est. Quibuscum synodis noster, cum ad haec narranda maxime epistola Nicolai papae (Nr. LVIII) ad episcopos regni Francorum orientalis* 867 *Oct.* 31 *directa (Mansi, 'Conciliorum collectio' XV,* 333—342; *Floss, 'D. Papstwahl unter d. Ottonen', Urk.* 37—58*) fonte uteretur, confudit concilium Mettense a.* 863 *praesentibus Rodoaldo et Iohanne legatis apostolicis habitum; cf. 'Neues Archiv' XV,* 322. 3) 862 *Apr.* 29; *Dümmler II,* 31 *sq. Cuius synodi acta (ed. Mansi XV,* 611—630*) Reginoni praesto fuisse apparet.*

non posse[1]. Allatis[a] itaque diversorum conciliorum voluminibus[2] multa de incestuosis replicata sunt; quibus recitatis hanc diffinitivam [b] sententiam protulerunt[3]: 'Credimus illam non fuisse idoneam[c] ac legitimam coniugem neque a Deo preparatam esse[d] uxorem[d], quae publica confessione incestuoso[e] fornicationis[d] crimine denotata probatur. Quocirca glorioso principi nostro pro sua in divino cultu devotissima affectione atque victoriosissima regni tuitione, cui non solum nos, verum etiam[f] canonica auctoritas interdixit[g] incestuosum coniugium, legitimum matrimonium a[h] Deo illi concessum non dene-
1. Cor. 7, 9. gamus, iuxta indulgentiam dicentis apostoli: *Melius est nubere, quam uri'.*
Nic. ep. LVIII. His ita patratis Waldrada iam in publicum procedit stipata obsequentium multitudine, omnisque regia aula[d] resultat Waldradam reginam esse[4]. Guntarii[i] episcopi[d] neptis ad regem[k] accersitur ac semel, ut aiunt, ab eo[l] constupratur atque[m] cum cachinno et omnium derisione ad avunculum remittitur. Igitur agentibus fratribus Thietbirgae reginae[d] haec omnia ad notitiam Nicholai[n] papae deferuntur, qui[o] eo tempore Romanae presidebat ecclesiae[5].

865.

Anno dominicae incarnationis DCCCLXV. missi sunt
(863). Hagano[p] et Rodoaldus apostolicae sedis legati[6] in Galliam ad
Nic. ep. discutiendum[q], utrum res ita se[r] haberet, sicut summo pontifici nunciata[s] fuerat: qui in Franciam venientes[t] pecunia corrupti magis faverunt iniquitati quam aequitati[7]. Tamen ad regem pervenientes[u], cum ei[v] declarassent legationis suae causas, tale[v] responsum ab[v] eo[v] acceperunt[8], se nihil aliud[v] egisse, nisi quod episcopi ipsius regni in generali sinodo sibi agendum premonstrassent. Dederunt autem idem legati consilium regi[w], ut illos episcopos, qui illi sinodo[x] prefuerant, ad sedem apostolicam destinaret, qui verbis ac[y] scriptis universali[v] papae satisfacerent. Legati inmensis[v] ditati opibus Romam regressi sunt nunciaveruntque presuli, quae[z] in Galliis viderant et audierant, adicientes se nullum[a] sapien-

a) Allatis—sunt *desunt A.* b) definitive *A* 2; definitivam *A* 3. *B* 1. c) dignam *A* 3. d) *deest A* 3. e) incestus *A* 3. f) omnis *A* 3; etiam omnis *A* 1. 2. g) interdicit *A* 2. h) a—concessum *desunt A* 3. i) guntharii *A* 1. k) ad regem *desunt A.* l) a rege *A* 3. m) et *A* 3. n) nicolai *A* 1. 3. o) qui—eccl. *desunt A* 3. p) hagono *B* 3. q) discendum *A* 2. r) ita se res *A.* s) nuntiatum *A* 2. t) in fr. ven. *desunt A* 3. u) venientes *A* 3. v) *deest A* 3. w) autem ei consilium *A* 3. x) ut episcopos, qui eidem sinodo *A.* y) et *A* 3. z) *deest A* 1; in galliis quae *A* 2. 3. a) nullum se *A* 3. *B* 1. 2.

1) *Mansi XV,* 612, *IV.* 2) *Mansi* 613, *VII:* Allato it. div. conc. volumine. 3) *Mansi* 613 *sq., X.* 4) *Cf. Nicolai epistolam Nr. LVIII, Mansi XV,* 335 *D.* 5) *A Carolo rege adiuti Hugbertus et Thietberga a.* 862 *auxilium Nicolai I. papae* (858—867) *adierunt; Dümmler II,* 61. 6) *Rodoaldus Portuensis et Iohannes Cerviensis episcopi; Hagano Bergamenus episcopus legatus imperatoris concilio Mettensi adfuisse videtur. V. de hoc anno Dümmler II,* 62—75, *'Neues Archiv' XV,* 323 *sq.* 7) *Ex Nicolai epistula LVIII (Mansi XV,* 335*E*—336*A*). 8) *In synodo Mettis a.* 863 *mense Iunio habita.*

tem[a] episcopum in regno Lotharii[b] invenisse, qui ad liquidum canonicis esset institutus disciplinis. Interea Thietgaudus et Guntarius archiepiscopi Romam profecti sunt ea animi[a] intentione, ut et regem innoxium in[a] supradicto[a] facto[a] demonstrarent[c] et se cum ceteris[a] coepiscopis ecclesiastica atque[c'] apostolica exercuisse decreta[d]; stultitiae[e] elogio[f] denotandi, qui illam[a] Petri[g] sedem aliquo[a] pravo dogmate[h] fallere posse arbitrati sunt, quae nec fefellit nec ab aliqua heresi umquam[i] falli potuit. Itaque[a] cum in pre- Nic. ep.
sentiam Nicholai[k] papae venissent, libellum obtulerunt, in quo continebantur gesta sinodalia, quae Mediomatrico et[l] Aquis ab eis statuta[m] fuerant. Qui[n] cum a notario coram omnibus recitatus esset[n], interrogavit pontifex, si haec scripta[a] verbis confirmarent. Responderunt inconveniens videri, ut, quod propriis[a] manibus roboraverant, infirmare[o] verbis mallent. Et sic nec repulsa nec admissa eorum assertione iussi sunt[p] ire ad hospitia sua, quousque revocarentur[q]. Paucis[r] interpositis[s] diebus ad sinodum[1], quam[t]
* p. 573. papa con*gregaverat, sunt accersiti, ubi eorum dampnata[u] et anathematizata sunt scripta et ipsi omnibus adiudicantibus episcopis, presbiteris ac diaconibus sunt[a] depositi et omni ecclesiastica dignitate privati. Qui[v] tam[w] turpiter dehonestati Ludowicum[x] imperatorem, fratrem Lotharii[y] regis, adeunt[2], qui ea tempestate Beneventanis morabatur in partibus[z], scriptis ac dictis vociferantes, se iniuste[a] esse[b] depositos, ipsi imperatori et omni sanctae[b] ecclesiae iniuriam esse[b] factam, cum numquam[c] auditum sit vel uspiam lectum, quod ullus metropolita[d] sine conscientia principis vel presentia aliorum metropolitanorum fuerit degradatus. Adiecerunt insuper[b] multa alia blasphemantes[e] eundem papam, quae hic[b] superfluum duximus[f] enumerare, existimantes se[g] eiusdem[b] imperatoris adminiculo simul[b] et intercessionis ope et criminis obiecti abolere[h] notam et pristinae dignitatis recuperare[i] statum. Sed spes eorum frustrata est, quamvis imperator omnibus votis illis opitulari voluisset[3]. Thietgaudus depo- (864).

a) *deest A* 3. b) hloth. *A* 1. c) monstrarent *A* 1. 2. c') et *A* 3. d) decraeta *B* 2. e) stult. quidem *A*. f) elogie *B* 2. g) beati Petri *A* 1. 2. h) docmate *B* 1. i) umqu. her. *A*. k) nicolai *A* 1. 3. l) in mediomatricorum urbe vel *A*. m) gesta *A* 3. n) Quae cum — recitata essent *A* 3. o) verbis infamari *B* 1. 2; infirmari *B* 3. p) *deest B;* iussit *B* 3. q) vocarentur *A* 3. r) Paucis ergo *A* 1; P. igitur *A* 2. s) interiectis *A*. t) quam p. congr. *desunt A* 3. u) *deest A* 2. v) *deest B*. w) Tunc *B* 3. x) hlud. *A* 1; lod. *A* 3. y) hloth. *A* 1; luth. *B* 2. z) qui tunc in beneventi part. mor. *A* 3. a) iniuste se *A* 1. 2. b) *deest A* 3. c) quod nusquam *A* 2. d) metropolitanus *B* 3. e) plasphem. *B* 2. f) est *A* 3. g) eiusdem se *B* 2. h) aboleri *B*. i) recuperari *B* 1. 2.

1) *Lateranensem a.* 863 *mense Octobri.* 2) *Epistula eorum hanc ob rem ad imperatorem directa, quae non servata est, Regino ad hunc annum principali fonte usus videtur esse.* 3) *A.* 864 *imperator cum exercitu Romam profectus episcopos depositos restituere frustra conatus est.*

sitionis suae a[a] sede apostolica prolatam sententiam patienter ferens iuxta precedentem consuetudinem nihil omnino[b] de sacro ministerio contingere presumpsit; Guntarius vero superbiae spiritu inflatus vetitum sibi officium usurpare ausu[b] temerario[b] non expavit, parvipendens apostolicam excommunicationem. Revertuntur igitur in Franciam debita confusione respersi. Et dum iterum atque[c] tertio sedem apostolicam ob reparationis[b] et[b] restitutionis gratiam adissent[1],
(868). novissime in Italia infirmitate preventi peregrini et exules moriuntur[2], communione laicali sibi tantum concessa.

866.

Anno dominicae incarnationis DCCCLXVI.[d] Arsenius[e] episcopus[f.3], apocrisiarius[g] et consiliarius Nicholai[h] papae,
(865). vice ipsius directus est in Franciam[i]; quo[k] perveniens[b] tanta auctoritate et[b] potestate[b] usus est[l], ac si idem[m] summus presul advenisset. Convocato denique episcoporum conventu Lotharium[n] regem alloquitur, ut unum e duobus eligat, aut propriae reconcilietur uxori abdicato Waldradae[o] pellicis[p] consortio, aut protinus anathematis gladio feriretur ipse omnesque ei[q] in hoc scelere favorem prestantes. Hac neces-
(Aug. 3). sitate constrictus, vellet nollet, Thietbirgam[r] reginam in matrimonium[s] recepit, interposito iurisiurandi[t] sacramento, se illam ita in reliquum habere, sicut aequitatis iura dictant legitimam uxorem esse tenendam, nec eam a[u] se separaret nec ipsa vivente aliam super eam induceret. Posthaec Waldradam[v] ex auctoritate Dei[w] et sancti Petri et verbo domni apostolici Romam ire iubet, ut pro se rationem reddere studeat[x].

Engiltrudam[y] quoque[z], uxorem quondam Bosonis[a] comitis, a sede apostolica excommunicatam esse omnibus declaravit,
Nic. ep. LVIII. quia proprium deseruerat maritum et Wangerum[b] suum vassallum in Gallias[c] secuta fuerat[d.4]; quam excommunicationem cum omnibus[e], qui aderant, episcopis renovavit. Posthaec eadem Engiltrudis[f] predicto Arsenio in Wormatia[g]

a) a — prol. *desunt A* 3. b) *deest A* 3. c) ac *A* 3. d) Anno — LXVI. *desunt B* 1. e) Arnesius *B* 1. f) *deest A* 2. g) apocrisarius *A* 2. h) nicol. *A* 1. 3. i) frantiam *B*. k) qui *A* 3. l) usus est ac potestate *(A.) A* 1. 2. m) ipse papa *A* 3. n) hloth. *A* 1. o) uualdredę *B* 1. p) pelicis *B*. q) *deest A* 3. r) thietbircam *B* 2; thietbergam *A* 3. *B* 3. s) reg. matrimonio *A* 3. t) iusiurandi *B* 3. u) a se *desunt A* 2. v) uuldr. *corr.* ualdr. *B* 1. w) Dei — verbo *desunt A* 3. x) debeat *A*. y) Engilthrudam *B* 1. 2; Engildrudam *A* 1. 3. *B* 3; Engiltrudam uxorem quoque *A* 2. z) *deest B*. a) bosonis quondam *A* 2. b) uualgerum *A* 2. c) gallia *A* 2. d) est *A*. e) omni *B* 2. f) engildr. *A* 1; engeldr. *A* 3. g) uormatia *A* 2.

1) *Cf. Dümmler II,* 139—141, 163, 224. 2) *Thietgaudus a.* 868 *ab Hadriano papa absolutione accepta in Italia febri mortuus est; Guntharius, qui tum vix sanus inde evasit, postquam a.* 869 *in monte Cassino Hadriano papae se subiecit et laicalem communionem accepit, a.* 871 *demum mortuus est. Dümmler II,* 240 *et* 368. 3) *Ortensis; cf. Dümmler II,* 127—137. 4) *Ex Nicolai epistula LVIII (Mansi XV,* 334 *B).*

*3

civitate se representavit[a], in quo loco prefatus episcopus[b] Ludowico[c] regi occurrerat. Iuravit igitur in presentia ipsius (865).
missi sacramentum hunc modum continens[d.1]: 'Ego Engil- Ars. epist.
trudis[d'], filia quondam Matfridi[e] comitis, quae fui uxor Bosonis comitis[f], vobis[g] domno Arsenio episcopo, misso et apocrisiario[h] summae[i] sanctae catholicae atque[k] apostolicae sedis, et per[l] vos[m] domino meo Nicholao[n], summo[o] pontifici et universali papae, iuro per Patrem et Filium et Spiritum sanctum et[p] haec quatuor Christi[q] dei[r] evangelia[s], quae ore oculor[t] et manibus propriis[r] tango, quia amodo[f] relictam illam[f] maliciam[u], quam in prenominato[f] Bosone viro meo exercui, ut ovis, quae[r] fuit[r] perdita, ad sanctam catholicam atque[v] apostolicam sub eadem[f] obligatione, qua[w] domnus Nicholaus[n] summus pontifex et[x] universalis papa me obligavit, revertar[y] ecclesiam et in Italico regno[z] aut vobiscum aut ante vos, quomodo[a] provideritis, ibo et[b], quicquid
* p. 574. domnus apostolicus iusserit vel *terminaverit, adimplebo vel perficere non recusabo.' Sed tam horribile iusiurandum non adimplevit. Siquidem usque Danubii fluenta cum eodem Arsenio perrexit ibique ad quempiam consanguineum[c] pro caballorum adminiculo[d] ire condixit et ad Augustam civitatem ad eundem[e] missum[f] se reversuram pollicita est. Tali occasione gressum retorquens ex Alamannia[g] in Franciam[h] repedavit; quod cum sepedictus[i] Arsenius cognovisset[k], epistolam misit omnibus[l] archiepiscopis et episcopis atque omnibus[m] sanctae Dei[l] ecclesiae fidelibus Galliae, Germaniae ac Neustriae commorantibus, obtestans omnes per auctoritatem Dei[n] omnipotentis et beatorum[o] principum[p] Petri et Pauli et domni pontificis et universalis papae[q], ut nullus eam in sua parrochia[r] reciperet, sed eam funditus[s] in omnibus[t] ecclesiis suis predicarent excommunicatam et[u] ab omni christianorum communione sequestratam, insuper et anathematis vinculo innodatam et[v] inter impias et scelerosas dampnatam, donec de pestiferis factionibus suis atque perpetrato periurio ante domni[l] apostolici presentiam dignam acciperet[w] poenitentiam[x].

His[y] summatim commemoratis revertamur ad Lotharii[z] regis ingemiscendam causam.

Legatus[a] itaque[1] apostolicae sedis compositis in Gallia[b] rebus Romam, unde[1] venerat[1], reversus est; rursusque Waldrada[2] eiusque complicibus decertantibus regis[c] animus adversus Thietbirgam[d] commovetur. Excitantur irae et in so-

a) eng. se ei uuormatiae pres. *A* 3. b) arsenius *A* 3. c) hlud. *A* 1; lod. *A* 3; luduuico *B* 1. d) iuravitque in pr. eius iuramentum cont. *A* 3. d') engildr. *A* 1; engeldr. *A* 3. e) mahtfridi *A* 1. f) *deest A* 3. g) tibi *A*; iuro tibi *A* 3. h) apochrisario *A* 2. i) *deest A*; summae — atque *desunt A* 3. k) et *A* 1. 2. l) per vos *desunt A* 1. m) te *A* 2. 3. n) nicol. *A* 1. 3. o) s. pont. et *desunt A* 3. p) et per *A*. q) *deest A* 2. r) *deest A*. s) ewangelia *B* 2. t) osculo *B* 1. 2. u) relicta illa malitia *A*. v) et *A*. w) quam *A* 3. x) et un. p. *desunt A* 3. y) revertor *A* 3. z) in italicum regnum *A*. a) quoquomodo *A*. b) et — adimplebo *desunt A*. c) consanguineam *B* 2. 3. d) amminiculo *B*. e) eum *A* 3. f) *deest A* 2. 3. g) alamania *B* 1. 3. h) frantiam *B*. i) *deest A* 3; supradictus *B* 2. k) recogn. *A* 3. l) *deest A* 3. m) omnibusque *A*; hominibus *B* 1. n) Dei — univ. *desunt A* 3. o) sanctorum *A* 2. 3. p) *deest A*. q) papae nicolai *A* 1; nicolai papae *A* 3. r) paroechia *A* 1; parroechia *A* 2. s) funditus — suis *desunt A* 3. t) omni *B* 1. 2. u) et — dampnatam *desunt A* 3. v) et — dampnatam *desunt A*. w) reciperet *A* 3. x) penitentiam *B*. y) His — causam *desunt A* 3. z) hloth. *A* 1. a) Legatis *A* 1. b) in galliā *B* 2. 3. c) lotharii regis *A* 3. d) thietbergam *A* 3; tietbergam *B* 3.

1) *Ex Arsenii epistola a.* 865 *ad episcopos Galliae, Germaniae, Neustriae missa (Mansi XV,* 326*).* 2) *Quae, postquam Arsenio iubente iter in Italiam ingressa usque Papiam venit, exeunte a.* 865 *ad Lotharium reversa est; Dümmler II,* 138.

pitis discordiarum et odiorum cineribus denuo copiosus ignis accenditur. Despicitur, abominatur[a], reicitur, adulterii crimen inpingitur, omnique ingenii arte exquiritur, qualiter puniri quasi[b] rea possit. Illa previdens[c] imminere sibi mortis[d] periculum latenter aufugit[e] et ad Carolum[f] perveniens eius se tuitioni[g] commisit[1]. Quod[h] cum fama[d] di-
(867 Ian. 25). vulgante[d] Nicholaus[i] papa cognovisset, misit Carolo[f] regi epistolam collaudatoriam[2] haec continentem:

Nic. ep. L. 'Inter alios sanctae ecclesiae religiosos propugnatores et veritatis strenuos defensores neminem magis super Thietbirgae[k] gloriosae reginae[l] contritione sollicitum, neminem[m] magis ipsius incommoditatibus condoluisse, quam vestrae pietatis affectum recolimus'. Et post congruentem exhortationem addidit: 'Excellentiam vestram nolumus ignorare, adeo[d] Lotharium[n] regem Thietbirgam[o] coniugem suam diversis afflictionibus[p] subdidisse et[q] innumeris pressuris contra prestita[r] iuramenta subegisse[d], ut nobis coacta nunc scriberet[s], regia se velle exui dignitate seu copula et sola[t] privata vita fore contentam[u]. Cui nos scripsimus[v], non hoc[w] aliter fieri posse, nisi[x] eandem vitam coniux eius Lotharius[y] elegisset. Verum, sicut multorum[z] relatu[a] didicimus, ipse[d] Lotharius[n] conventum celebrare disponit[b] et eandem[c] Thietbirgam[d] examini proprio et iudicio subicere meditatur[e]. Et siquidem eam prestigiis falsitatis[f] suae[e] vel argumentosis ambagibus potuerit exhibere, quasi non fuerit[g] legitima sua[e] uxor, vult eam penitus a se sequestrare. Sin autem, vult eam[e] tamquam[h] propriam quidem uxorem admittere[i], sed[e] deinde, quasi mechata[k] fuerit, insimulare atque pro[l] hoc hominem suum et hominem[m] Thietbirgae[n] ad monomachiam impellere; et si homo ipsius[e] reginae ceciderit, disponit[e] hanc sine dilatione perimere. Quae quantum[o] sint omni[e] divinae legi contraria, magnitudo[e] prudentiae[p] vestrae, credimus[e], iam[e] advertit[q]. Sed[r] et nos hinc aliquid strictim volumus demonstrare, prius asseverantes, quod[s] de[t] retroacta controversia Thietbirga[n] non debet ulterius ad iteratam responsionem provocari, quoniam, quod bene semel definitum est et interpositis iuramentis[u] deliberatum, nulla debet iteratione[v], nisi[w] fortassis, ubi fuerit maior auctoritas, retractari; deinde[x], quod ecclesiae refugium quaerens, ecclesiasticum

a) abhominatur *A* 1. 3. b) ut *A* 3. c) providens *A* 3. d) *deest A* 3. e) fugiens ad regem Karolum eius *A* 3. f) Kar. *A* 2. 3. g) tuitione se *B*. h) Quae *A* 3. i) nicol. *A* 1. 3. k) thietbergae *A* 3; tietbirgam *B* 1. 2; thietbergam *B* 3. l) reg. glor. *A* 2. m) neminem—condoluisse *desunt A* 3. n) hloth. *A* 1. o) thietbergam *A* 3; tietbergam *B* 3. p) thietbergam adeo diversae afflictioni *A* 3. q) et inn. press. *desunt A* 3. r) prescripta *A* 1. 2; *deest A* 3. s) scripserit *A* 3. t) solam *A* 2. u) contemptam *B*. v) rescripsimus *A*. w) haec *A* 3. x) nisi coniunx eius lotharius eandem vitam el. *A*; nisi loth. idem el. *A* 3. y) hlotharii *A* 1. z) mult. rel. *desunt A* 3. a) relatione *A* 1. b) disposuit *corr.* disponit *B* 2. c) eam *A* 3. d) *deest A* 3; tietb. *B* 1. 2; thietbergam *B* 3. e) *deest A* 3. f) falsis prest. *A* 3. g) leg. sua fuerit *A* 2. h) ut *A* 3. i) accipere *A*. k) mechata *B*. l) propter *A* 1. 2. *B* 1. m) atque hom. *A* 2; hominemque *A* 3. n) tietb. *B* 1. 2: thietberg. *A* 3. *B* 3. o) quam *A* 3. p) prudentia vestra *A* 3. q) advertat *A* 3. r) Sed—quod *desunt A* 3. s) qm qđ *A* 1. t) Nam de *A* 3. u) sacramentis *A*. *B* 3. v) iteratione iterari *A* 2. w) ni *A* 1. 3. x) deinde — retractare sententiam *desunt A* 3; Denique *B* 3.

1) *Thietberga, quae a.* 860 *et iterum Hugberto fratre eius mortuo a.* 864 *ad Carolum confugerat, postquam ab Arsenio reducta est, ex regno Lotharii non discessit; cf. Dümmler II,* 19 *sq.,* 110 *sq.* 2) *Qua epistola minime collaudatoria a.* 867 *Ian.* 25 *data (Mansi XV,* 318—321*) papa 'vehementer dolet et amarissime deplorat', quod Carolum a Lothario, ut illum ad perdendam Thietbergam adiuvaret, unius abbatiae pretio corruptum esse audiverit, et severissime eum hortatur, ut a re tam incredibili desistat; Dümmler II,* 158.

iudicium semper expetens, submitti[a] non debet seculari[b] iudicio. Post haec vero, cum nos ex utraque parte, id est tam a Lothario[c] quam a[d] Thietbirga[e], fuerimus provocati iudices nosque amborum controversiam
* p. 575. executi[f] simus, *ad nullos alios convenit super hoc negotio iudices convolare, cum secundum sacros canones a iudicibus, quos communis consensus elegerit, non liceat provocare et, ubi concessa est provocatio, non nisi, ubi maior est auctoritas[g], liceat[h] provocare. Itaque, cum non sit apostolicae sedis auctoritate, quae amborum negotium executa[i] est, usquam maior auctoritas, nescimus, si alicui liceat de eius iudicio iudicare vel eius retractare[k] sententiam'. Et post pauca: 'Illud vero, quod Lotharius[l] Thietbirgam[m] de adulterio criminatur, quis non videat dolo esse plenum? Denique, si[n], ut ipse iactat, uxor eius non est, quid pertinet ad eum illi de adulterio calumniam texere, cum nec mechari[o] potuit, si alicuius uxor non extitit[p]? porro, si a Lothario[l] de adulterio[q] accusatur et[r], si convicta[s] fuerit, ultio preparatur, necesse est, ut[t] fateatur uxorem'. Et quibusdam interpositis: 'Preterea sive de coniugii foedere sive de adulterii crimine iudicium sit agitandum, nulla ratione patet Thietbirgam[u] cum Lothario[l] posse legalem inire conflictum vel[v] legitimum controversiae subire certamen, nisi prius[t] ad tempus suae fuerit reddita potestati, sed[t] et suis consanguineis libere sociata. Inter quos etiam locus providendus est, ubi nulla sit vis multitudinis formidanda et non sit difficile testes producere vel ceteras personas, quae tam a sanctis canonibus quam a venerandis[t] Romanorum legibus in huiuscemodi controversiis requiruntur. Verum haec[w] non, ut fiant[x], dicimus, quae sine decreto[t] et[t] ordinatione nostra fieri non posse supra docuimus'.

Accensus itaque idem sanctissimus pontifex zelo Dei[t], quo[y] fuerat Finees sacerdos[l] quondam[z] inflammatus, Waldradam ipso[t] die purificationis sanctae Dei[t] genitricis[t] Mariae[a] in basilica[b] excommunicavit et ab omni christianorum consortio separavit, destinavitque[c] epistolam omnibus[t] episcopis per Germaniam et Gallias[d] constitutis causas[e] et modum excommunicationis continentem[2]. Cuius[f] sensum[g] quam verborum seriem causa brevitatis potius[h] ponere placuit[1]. Num. 25, 11. 866 Febr. 2. (Iun. 13). Nicol. epist.

'Decreveramus[k] quidem circa Waldradam moecham[l] et pertinaciter in impenitentia[m] permanentem vindictae modum minus districte temperare et, iuxta quod merebatur, non ita pro tanto[h] scelere sententiam in eam iustae[n] punitionis proferre, nisi obstinato animo in moechiae[o] volutabro[p]

a) summitti *B* 1. 2. b) secularium *B* 1. 2. c) hloth. *A* 1; ad lotharium *B* 1. d) et *A* 2. e) thietberga *B* 3. f) exequuti *A* 1; exsecuti *B* 2. g) auctoritas est *B*. h) li *B* 2. i) exequuta *A* 2. k) sent. retr. *A*. l) hloth. *A* 1. m) tietb. *B* 2; thietbergam *A* 3. *B* 3. n) Si enim *A* 3. o) mechari *B*. p) fuit *A* 3. q) de ad. *desunt A* 3. r) et convictae ultio *A* 3. s) sicut victa *A* 1. t) *deest A* 3. u) tietb. *B* 1. 2; thietbergam *A* 3. *B* 3. v) vel—certamen *desunt A* 3. w) hoc *A* 2. 3. x) fiat *A* 1. *B*. y) quo vides, ualdr. *A* 3. z) quodam *A* 1. a) Mar. D. gen. *A* 2. b) in basilicam *B*. c) destinavit *B*. d) galliam *A*. e) hunc in fine sui sensum continentem *A* 3. f) Cuius—placuit *desunt A* 3. g) sensum potius *A*. h) *deest A*. i) placuit ponere *B* 2. k) Decr.—proposuisset *desunt A* 3. l) mecham *B*; mecha *B* 2. m) impudentia *A* 2. n) iuxta *B* 3. o) mechiae *B*. p) volutrabo *A* 1.

1) *Conf. Nicolai epistolam supra (a.* 864*) laudatam (Mansi XV,* 333 *D):* 'Quando Phinees . . . imitati estis?' *et eam, quae sequitur (Mansi XV,* 382 *A):* 'ut alterius zelo Phinees iram Dei mitigantis'. 2) *Quam epistolam* 866 *Iun.* 13 *datam et* archiepiscopis et episcopis per Italiam, Germaniam, Neustriam et Gallias constitutis *missam (Mansi XV,* 380–382*) non recte Regino post litteras ad Carolum missas posuit; cf. Dümmler II,* 138.

perenniter[a] permanere proposuisset. Igitur, quia monita[b] nostra et crebras exhortationes[c] contempsit, quia culpam suam nec dum cognovit nec confessa est nec missa nobis legatione, qui causam ipsius exequendam suscepimus, veniam postulavit, postremo, cum recto itinere nos illi fuerat adeundum et beati Petri apostoli suffragia requirenda, retro[d] est conversa post Satanan[e], necnon[f] ag Thietbirgae[h] reginae
Rom. 2, 5. cepta interitus meditatione non cessat: cum[i] egregio apostolo dicimus, quod contra eam contraque[k] eius similes sepius replicandum est, quia secundum duriciam suam et cor inpenitens thesaurizat sibi iram in die irae. Idcirco nos eam de factis suis excommunicavimus, donec[l] ecclesiae Christi nobisque precipue[f], qui eius principaliter curam gerimus quique causam ipsius exequi ac investigare coepimus, satisfecerit, donec etiam omnem sinistram[m] suspitionem consilium nostrum[n] suscipiens[f] adimat, a pretiosi corporis et sanguinis Domini perceptione atque ab omnimodo consortio sanctae ecclesiae[o] sancti Spiritus beatorumque apostolorum Petri et Pauli iudicio et nostrae mediocritatis auctoritate[p] fecimus[q] prorsus cum universis complicibus et[f] communicatoribus fau-
Febr. 2. toribusque[r] suis prorsus extorrem[s]. Hanc sententiam IIII. Non. Febr. a nobis promulgatam[t] meminimus eamque[u] scripto vobis destinavimus; et ne labor noster inanis constituatur, spiritualia nobiscum vestra fraternitas adversus[v] iam dictam moecham[w] et communicatores eius arma sustollat et in parrochia[x] sua excommunicatam[y] hanc fautoresque suos viva voce unusquisque[f] denunciet, donec nostro speciali[z] iudicio dignae se poenitentiae[a] submittat'.

(867). *Direxit etiam[b] Lothario[c] regi[d] idem reverentissimus * p. 576.
pontifex epistolam[1] haec[e] continentem: 'Audito revertente misso nostro correctionis tuae, ut ita dicamus, initio, gratias Deo condignas egimus et, ut tibi quoque grates competibiles[f] referremus, animum preparavimus. Sed heu[g] adversa nuntia venientia huius intentionis nostrae propositum celeriter obviarunt[h]. Quapropter compulsi sumus mutare vocem et, qui ad gratiarum actiones os[i] aperire disposueramus, et[k] in luctus et increpationes adhuc[f] officium linguae coacti dirigimus. Didicimus enim[l] te, qui[m] prolixo tempore in scelere permanens ecclesiae Dei[k] non modicum nocuisti, nocere adhuc et, qui in sordibus eras, sordescere adhuc; siquidem, ut opinamur, tibi non sufficit solum[l] adulterium perpetrasse, nisi apponas, ut[l] etiam[l] animas hominum periurii laqueis irretitas in extremum demergas[n] interitum. Sed quid mirum, si paucorum animabus per[o] periurium exitium[p] adquisisti, quando in tanta sublimitate positus per exemplum tuae moechiae tot hominum milia in perditionis[q] chaos[r] precipitaveris[s]? Illud autem, quod[t] Thietbirga[u], quasi Waldradae testimonium dicens, eam fuisse tuam legitimam uxorem volens aut invita frustra conatur astruere; quandoquidem[v] illius nullo prorsus hinc testimonio quis indigeat, cum magis nos ita sentiamus, quod iustum * p. 5

a) perhenniter *A* 2. b) monita—requirenda *desunt A* 3. c) exortationes *A* 2. d) Igitur quia eadem Waldrada retro *A* 3. e) sathanan *A* 2. *B* 3. f) *deest A* 3. g) *deest A*. h) thietbergae *A* 3. *B* 3. i) cum—irae *desunt A* 3. k) contra *A* 1. l) excommunicavimus donec *desunt B*. m) omnem et sinistram *A* 2; sin. omnem *B* 2. n) consilio nostro *A* 3. o) sanctae eccl. *desunt A* 1. p) nostraeque auctoritatis *A* 3. q) extraneam fecimus *A*; extr. facimus *A* 3. r) fautoribus *A* 3. s) pr. ext. *desunt A*. t) pronulgatam *B* 1. u) quam *A* 3. v) adv.—arma *desunt A* 3. w) mecham *B*. x) paroechia *A* 1; parroechia *A* 2. y) excommunitam *B* 1. z) *deest A*. a) penitentiae *B*. b) et *A* 3. c) hloth. *A* 1. d) regi—pontifex *desunt A* 3. e) haec—coacti dirigimus *desunt A* 3. f) *deest A*. g) heheu *B* 1. 2. h) obviaverunt *B* 3. i) os—increpationes *desunt B* 1. k) *deest A* 2. l) *deest A* 3. m) quia *A* 2. n) mergere *A* 3; dimergas *B* 1. 2. o) propter *A* 1. p) ad exitium *B*. q) perdicionis *B*. r) cahos *A* 3. *B* 1. s) precipitasti *A* 3. t) quod et *A* 2. u) thietberga *A* 3. *B* 3; tietbirgā *B* 2. v) cum *A* 3.

1) *Mansi XV*, 321—324. *Nicolaus hanc epistolam a.* 867 *simul cum litteris ad Carolum directis misit; cf. Dümmler II*, 159.

est, et intellegamus, quod aequum, ut etiam Thietbirga[a] mortua tu nullis legibus, nullis regulis umquam[b] Waldradam in[c] uxorem possis aut[b] permittaris[b] assumere. Utrum ergo Waldrada legitima tua fuerit aliquando coniunx[d], ecclesia Dei satisfactione Thietbirgae[a] non eget[e]. Unum tamen scimus, quoniam nec nos nec eadem[b] ecclesia Dei auctore Deo, qui adulteros[f] iudicabit, te, si Waldradam quandocumque resumpseris, etiam Thietbirga[a] decedente dimittet modis omnibus impunitum'. Et post pauca: 'Itaque summo studio prefatam[b] Thietbirgam[a] coniugem[g] tuam tamquam[h] propriam carnem[i] fovere ac diligere[k] procurato[b] et, ne illam a te separare ullo pacto consentias, vigilanter[b] attende[l]; unde[m], si vult a te discedere, corripe, immo corrige eam et[n] a tali intentione per omnia revocare satage. Iam vero si amore pudicitiae separationem quaerat et[o] coniugalis conubii solutionem efflagitat[p], certum est apostolo dicente, *quoniam*[q] *mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir;* verum si et ipse pudicitiam[r] sectatus religionis obtentu copulam dissolvere vis, tantum ne simulate fiat, concedimus. Nam licet sit scriptum: *Quod Deus coniunxit, homo non separet*, Deus[s] tamen et non homo separat, quando divini amoris intuitu ex[b] consensu utriusque coniugis matrimonia dissolvuntur. Si[t] ergo hoc modo vis, gratuito permittimus animo celeremque prebemus assensum; aliter autem fieri mutuam vestram separationem prohibemus. Porro si sterilitas accusatur, cogita Saram nonagenariam, Annam quoque simul[b] et Helisabeth[u]; quam tamen sterilitatem fortasse non facit infecunditas, sed iniquitas. Ergo[v], gloriosissime rex, esto[w] propria contentus uxore et preter illius alterius ne quaeras consortium. Igitur consilium nostrum accipe et monita nostra[c] tamquam affectuosi patris amplectere atque ab omni pravitate mentem, linguam corpusque refrena, precipue Waldradae pellicis[x] tuae et[y] dudum a te repudiatae communionem declinans et eius consortium perpetuae oblivioni[z] tradens[a]. Excommunicata est enim et usque ad presentiam nostram ab omni christianorum contubernio sequestrata, sicut totus iam novit occidens et iam iamque per missos nostros minime[b] cum plagis ceteris oriens ignorabit[c]. Quamobrem cavendum est, ne cum ea pari mucrone percellaris sententiae ac pro unius mulierculae passione et brevissimi[d] temporis desiderio vinctus et obligatus ad sulphureos foetores et ad perhenne traharis[e] exitium'. Et paucis interpositis epistolam[f] sic concludit: 'Haec autem nos tibi[g] nunc scripsisse et quasi inter nos et te nostra[h] verba excessus tuos corripientia discurrisse sufficiat; ceterum precave, ne quando nobis secundum Domini preceptum duos aut *tres testes adhibeamus, immo vero ne hoc ecclesiae sanctae[i] dicamus et, quod non optamus, de cetero fias[k] sicut ethnicus[l] et publicanus'.

1. Cor. 7, 4.

Matth. 19, 6.

* p. 576.

* p. 577.

Matth. 18, 15—17.

Ecce[m] ex multis pauca notare curavimus, ut sic nescientibus ex parte fierent cognita, ut tamen scientibus non per omnia essent onerosa[n]. Qualem[o] vero exitum huius pestiferi morbi pernities attulerit[p] apostolico rennuens[q] mederi antidoto, quantaque regni dispendia ex hac mortifera contagione,

a) thietberg. *A* 3. *B* 3; tietb. *B* 2. b) *deest A* 3. c) *deest A* 2. d) coniux *A* 2. *B*. e) indiget *A*. f) adulterios *A* 1; adultoros *B* 1. g) coniungem *B* 1. h) ut *A* 3. i) fovere carnem *B* 2. k) fove ac dilige *A* 3. l) adtende *B*; vigilanter cave *A* 2. m) Nam *A* 3. n) et—satage *desunt A* 3. o) et—efflagitat *desunt A* 3. p) fiagitet *A*. q) *deest A* 2. r) puditiam *A* 2; puditiciam *B* 2. s) deus—separat *desunt B* 1. t) Si — prohibemus *desunt A*. u) elizabeth *A* 3; elisabeth *B* 1. v) Ergo — consortium *desunt A* 3. w) propria c. u. esto *B* 1. x) pelicis *B*. y) et—repudiatae *desunt A* 3. z) obliuni *B* 1. a) contradens *B*. b) *deest A* 3. c) non ign. *A* 3; ignoravit *B* 1. 2. d) ac parvissimi *A* 3. e) perhenni tartaris ducaris *A* 2; thraaris *B* 2. f) ep. sic concl. *desunt A*. g) tibi nos *A* 2. h) vra *B* 1. i) sanctae eccl. *A*. k) fias fias *A* 1. *B* 1. 2. l) etnicus *A* 3; ehtnicus *B* 1; hetnicus *B* 2. 3. m) Ecce—demonstrabitur *desunt A* 3. n) honerosa *B*. o) Qualiter *A*. p) adtulerit *B*. q) rennuenti *A* 2.

sicut sepedictus sanctissimus papa Spiritu sancto afflatus predixerat, illata sint, in subsequentibus suo in[a] loco demonstrabitur.

(858). Circa haec tempora[1] Ludowicus[b] rex fratris sui Caroli[c] regnum cum exercitu ingressus est, gestiens[d] occidentalia regna suo subiugare[e] dominatui fratrisque[f] preripere debitam portionem, quae ei sorte ac funiculo hereditatis competenter acciderat, oblitus germanitatis ac consanguinitatis foedera, oblitus pacti, quod iam[g] dudum mutua conventione pepigerant, immemor etiam[h] sacramentorum, quibus se cum magnis execrationibus coram Deo obligaverat. Prebuerant[i] ad hoc facinus peragendum talia[k] occasionum[l] incitamenta fomitem. Carolus[c], ut premisimus[m] · 2, quosdam ex nobilioribus regni aut publice adiudicatos gladio percussit aut dolo deceptos perdidit. Ceteri formidantes, ne similia paterentur, Ludowicum[n] regem trans Rhenum[o] commorantem sollicitant eiusque animum ad[p] optinendum fratris regnum illiciunt, promittentes semetipsos una cum regno eius ditioni[q] tradituros[r]. Hac persuasione, ut animi regum avidi et[s] semper inexplebiles sunt, facile[t] in spem[u] introductus cum valida manu, ut[v] diximus[v], terminos regni[w] intravit. Carolus[x], sentiens vires[y] regni a se defecisse, in ultimis finibus Aquitaniae[3] fugae latibulum quaesivit. Ludowicus[z], ut coeperat, regnum[a] obtinuit ac[b] usque Senonis civitatem[c] pervenit. Dimisso[d] vero[v] exercitu in Germaniam ad[e] propria redire[f], cum optimatibus regni coepit negotia disponere; sed subito fortuna mutatur: nam principes, qui eum in[v] regnum[v] introduxerant, videntes, quod longe aliter incederet[g] erga eos, quam existimaverant, penitudine tacti ad Carolum[h] rever-

(859). tuntur. Carolus[h] ex desperatis rebus vires se recepisse congaudens contractis undique[v] copiis fratrem bello aggredi temptat[i]. Ille intuens, et[k] a suis, quos secum adduxerat, et ab his, quos ibi adquisisse visus fuerat, se esse[v] desti-

a) *deest A* 2. b) hlud. *A* 1; lod. *A* 3; luduounicus *B* 1. c) Kar. *A* 2. 3. d) gestigens *A* 1. e) subicere *A* 3. f) fratr. — acciderat *desunt A* 3. g) iam — conventione *desunt A* 3. h) *deest B* 1. i) Prebuerunt *B* 1; Prebuert *B* 2; Preb. — fomitem *desunt A* 3. k) et alia *A* 2. l) occasionem *A* 1. m) predictum est *A* 3. n) hlud. *A* 1; lod. *A* 2. o) renum *B* 3. p) sollic. adque *A* 3. q) ei *A* 3. r) subdituros *A*. s) av. et *desunt A* 3. t) fac. in sp. intr. *desunt A* 3. u) spe *A* 2. v) *deest A* 3. w) eius *A* 3; regni terminos *A* 1. 2. x) Carolus — quaesivit *desunt A*. y) viros *B* 2. z) Hlud. *A* 1; Lud. ut coep. *desunt A* 3; Loduunicus *B* 3. a) regnumque *A* 3. b) et *A*. c) civitate *B* 2. d) Demisso *B* 2; dimissoque *A* 3. e) ad pr. red. *desunt A* 3. f) repedare *A* 2. g) erga eos inc. *A*. h) Kar. *A* 2. 3. i) parat *A* 3. k) et — fuerat *desunt A* 3.

1) *A.* 858 *Sept.* 1 *Ludowicus finem regni transiit; de hac invasione cf. Dümmler I,* 426—446. 2) *Supra ad a.* 860. *Gauzberto occiso Aquitani iam tum a.* 853 *Ludowicum adierunt; Dümmler I,* 381 *sqq.* 3) *Carolus, cum Nov.* 12 *prope urbem Breone (Brienne le Château) acie iam instructa a suis destitutus ante initium proelii fugisset, non in Aquitaniam, sed in Burgundiam se contulit; Dümmler I,* 432.

tutum, maturius fugam arripuit et cum debita confusione fines regni[a] excessit[1].

Hac tempestate[2] Hucbertus[b] abba, frater Thietbirgae[c] (857). reginae, contra Lotharium[d] regem rebellare exorsus[e] est; collecta quippe[f] predonum valida manu rapinas coepit[g] exercere interfectisque aut fugatis Lotharii[d] fidelibus, qui finitima possidebant loca, agros villasque eorum suae factionis sectatoribus[h] distribuit[i]. Ad huiuscemodi[k] temeritatem comprimendam Lotharius[d] rex[l] semel, iterum atque tertio exercitum produxit, frequenter etiam cum ducibus armatorum multitudinem direxit; sed minime hanc presumptionem extinguere potuit, quia loca inaccessibilia inter Iurum[m] et Alpes Penninas[n] seditiosis munitissimum[o] prebebant[p] receptaculum et regi exercituique eius[q] propter concava vallium et prerupta montium artissima itinera[r] difficilem ingressum. Attamen idem[s] acephala[3] Hucbertus[t] novissime a Conrado[u] comite[4] peremptus est iuxta[v] castrum, quod Urba[w] dicitur[5]. (864).

Anno dominicae incarnationis DCCCLXVI.[x.6] Herispoius (857). rex Brittonum a suis interficitur, et Salomon dux in[y] loco
* p. 578. eius subrogatur. Erat[z] enim[a] isdem vir strenuus et *bellicosus et tam forma quam animo ad regni gubernacula coaptatus[b]. Carolus[c] tertio super Brittones cum exercitu irruere disponit, sed cum ad terminos[d] gentis appropinquasset[e], audito, quod ad resistendum totis viribus parati essent, subito mutata voluntate magis elegit pacem suscipere quam bellum inferre; facta itaque pactione cum Salomone, quam dudum cum Herispoio[f] fecerat, discessit[7].

a) regni fines *A*. b) hubertus *A* 1. c) thietbergae *A* 3. *B* 3; tietb. *B* 2. d) hloth. *A* 1. e) exhorsus *B*. f) collectaque *A* 3. g) cepit *B*. h) exequutoribus *A* 2. i) tribuit *A* 1. 2; dedit *A* 3. k) quam *A* 3; huscemodi *B* 1. l) rex—atque *desunt A* 3. m) iuram *A* 3. n) appenninas *A* 3 o) munitissima *B* 2; *deest B* 3. p) preb.—artissima *desunt B* 2. q) et exercitui *A* 3. r) it. et *A* 1. 2. s) *deest B* 3. t) hugbertus *A* 2. u) cuonrado *B* 1. 3. v) iusta *B* 3. w) orba *B* 3. x) DCCCLXVII. *A* 3. y) *deest A* 3. z) Erat—isdem *desunt A* 3. a) *deest A* 2. b) coaptatur *A* 1. *B*. c) Kar. *A*. d) conterminos *A* 2. e) adprop. *B*. f) herispogio *A* 3.

1) 859 *mense Ianuario.* 2) *Iam a.* 857 *exeunte Lotharius, ut Thietbergam fratris auxilio privaret, contra Hugbertum quasi seditiosum expeditionem fecit, sed re infecta rediit. Deinde a.* 859 *Ludowico impetori eas regiones permisit, ut ad illum bellum contra Hugbertum gerendum transferret: tamen Hugbertus a Carolo rege adiutus, qui eum a.* 862 *etiam abbatia St. Martini Turonensi donavit, sua defendit. Dümmler II,* 9 *sq.,* 38. 3) *Qui caput suum, regem videlicet aut regulam monasticam, non agnoscit; rebellis aut clericus coniugatus. P. Conf. Isidor. Orig. V,* 39, 39; *VIII,* 5, 66. 4) *Konrado II. filio Konradi I. filii Welfi. Cui Konrado cum Carolus rex comitatum Autissiodorensem (Auxerre) ademisset, Ludowicus imperator, ut sibi eum conciliaret, a.* 864 *ei comitatum Hugberti tribuit: eodem anno ille proelio victus cecidit; Dümmler II,* 110. 5) *Orbe in districtu Waadt.* 6) *A.* 857; *Dümmler I,* 412. 7) *Carolus ipse Bretones non aggressus est: Salomo, qui ab initio regni sui in seditione permansit, postquam a.* 862 *a Rotberto marchione cum Normannis coniuncto cladem accepit, tandem a.* 863

867.

Anno dominicae incarnationis DCCCLXVII. Nortmanni[a] ora[b] Ligeris fluminis occupantes Namnetensem[c], Andegavensem, Pictavensem atque Turonicam provintiam iterato crudeliter[d] depopulari[1] coeperunt. Contra quos[2] Ruotbertus[e], qui marcam tenebat[3], et Ramnulfus[f] dux Aquitaniae[4] collecta[g] multi-
(866). tudine[g] aciem dirigunt. Illi sentientes se[h] ab exercitu insequi cum summa acceleratione ad classem repedare contendunt; sed[i] cum appropinquare insequentium multitudinem cernerent, cognoscentes se effugere non posse quandam villam[5] ingrediuntur, ubi se, quantum hora permisit, communiunt. Erat autem in eadem villa basilica[k] pergrandis ex lapide constructa[l], in qua[m] maxima pars Nortmannorum[n] introivit cum duce eorum[o] nomine[g] Hastingo. Ruotbertus[p] et Ramnulfus cum[q] sociis super eos[r] irruunt[s], quoscumque extra basilicam repererunt[t], absque mora trucidant. Ad ecclesiam[u] pervenientes[v], cum vidissent locum munitum et animadvertissent non modicam turbam paganorum intrinsecus[w] latitantem, parumper deliberantes castra in circuitu statuunt[x], tentoria[x] figunt, ut[y] in crastinum exstructis aggeribus applicatisque machinis hostes totis viribus expugnarent; declinabat[z] quippe iam[a] sol ad occasum. Ruotbertus[b] nimio calore exestuans, galeam et loricam deposuit, ut aura[x] collecta[x] paulisper refrigeraretur; cumque[c] unusquisque in positione castrorum intenderet, repente Nortmanni[d] a munitione exiliunt et cum ingenti[x] clamore super Ruotbertum[e] ac socios impetum faciunt. Sed[f] quamvis repentini et subitanei casus * p. 5
etiam fortissimos viros in bello conturbare soleant, tamen arma quam[g] citius corripiunt, hostes viriliter excipiunt et cedentes in basilicam redire[x] compellunt. Ruotbertus[h] absque galea et lorica accurrens, cum incautius dimicaret[x] et[x] inimicos ultro[x] insequeretur, interfectus est in introitu ipsius[x]

a) Nordm. *A* 1; Norm. *A* 2; Nortmani *B* 1. b) oram *A* 3; hora *B*. c) nam netessem *B* 1. 2. d) *Hic finitur codex A* 2. e) rotbertus *A* 1; rodbertus *A* 3. f) ramnolfus *A* 3. g) *deest A* 3. h) se — acceleratione *desunt A* 3. i) sed appropinquante multitudine cernentes se *A* 3. k) Erat ibi *A* 3. l) lapidea *A* 3. m) in quam *A* 1; quam *A* 3. n) nordm. *A* 1. *B* 3; eorum *A* 3. o) suo *A* 3. p) rodbertus *A*; roubertus *B* 1. q) cum — eos *desunt A* 3. r) eos *deest B* 2. s) omnes v. bas. repertos trucidant *A* 3. t) reppererunt *A* 1; reperierunt *B* 2. u) Ad eccl. vero *A*; basilicam *A* 3. v) venientes *A* 3. w) intus *A* 3. x) *deest A* 3. y) ut crastino agg. et mach. eos exp. *A* 3. z) declin. — occasum *desunt A* 3. a) sol iam *B* 3. b) Rodbertus quoque *(A.) A* 1; Rodbertus *A* 3. c) Cum *A* 3. d) nordm. *A* 1. e) rodbertum sociosque eius *A*. f) Sed — tamen *desunt A* 3. g) Qui arma quanto *A* 3. h) Rodbertus *A*; routb. *B* 2.

cum Carolo pacem fecit, qua fines eius parvis etiam additamentis aucti sunt; Dümmler II, 39. 50. 1) *Hoc inde ab a.* 843 *quotannis fere fecerunt.* 2) *I. e. quadringentos ex eis, qui a.* 866 *urbem Cenomanensem diripuerunt; Dümmler II,* 150. 3) *V. supra a.* 861; *a.* 865 *etiam Autissiodorensem comitatum Konrado demptum acceperat; v. supra a.* 866 *et Dümmler II,* 110. 4) *Comes Pictaviensis, qui ex a.* 852 *saepius cum Rotberto contra Normannos pugnavit.* 5) *Brissarthe.*

ecclesiae; eius corpus iam[a] exanime[a] Nortmanni[b] intrinsecus trahunt[c].*. Porro[a] Ramnulfus, cum[a] eminus stans eventum[a] rei[a] specularetur[a], a quodam Nortmanno[b] per fenestram basilicae sagittae ictu[d] graviter vulneratus est[a] et a suis ex certamine eductus vix triduo supervixit. Tali[e] infelici infortunio[f] pugna commissa est et finita; exercitus amisso capite errore pariter[a] ac merore repletus solvit eadem hora obsidionem et ad propria revertitur; Nortmanni[b] ovantes ad[g] classem dirigunt gressum.

Non multo post interiecto[a] tempore[a] Hugo abba[1] in[h] (866). locum Ruotberti[i] substitutus est**, vir strenuus[k], humilis, iustus, pacificus et omni morum honestate fundatus; siquidem Odo[l] et Ruotbertus[m], filii Ruotberti[n], adhuc parvuli erant, quando pater extinctus est, et[o] idcirco non est illis ducatus commissus.

Per idem tempus gens Sarracenorum[p] in Benevento[q] (841). ex Africa[r] veniens[2] universam pene regionem illam[a] invaserunt[a], caedibus, rapinis ac[a] incendiis omnia depopulantes[s]. Contra quos Ludowicus[t] imperator exercitum contrahit[u].[3], (866). et veritus, ne forte adversus innumerabilem hostium multitudinem vires regni non sufficerent, ad Lotharium fratrem in Gallias[v] legatos[a] mittit[w], omnino exposcens, ut ad prefatae nequissimae gentis vires extenuandas audaciamque refrenandam sibi cum Dei auxilio[x], virtute quoque Francorum, opitularetur. Qui nihil cunctatus exercitum cum ingenti industria undequaque[d] contrahit fratrique, quanta
* p. 579. potuit celeritate, in adiutorium venit. Ubi plurima *bella gesta sunt, non solum fortiter, sed etiam feliciter, Deo opem ferente. Inter haec exercitus Lotharii[y] gravi[a] peste[a] fatigatur[a]; ex insueto quippe[a] calore et intemperie aeris dissolutus dissinteriae[z] vel clienteriae morbo corripitur, ex qua

*) Iste Robertus fuit nostris temporibus alter quodamodo Machabeus. Cuius prelia, quae cum Brittonibus et Normannis gessit, si per omnia scripta fuissent, Machabei gestis aequiperari potuissent *add. man. s. XII. in cod. B* 3.

**) busso blusso *add. man. s. XI. in margine cod. B* 2.

a) *deest A* 3. b) nordm. *A* 1. c) rapiunt *A* 3. d) sagitta *A* 3. e) Tali—finita *desunt A* 3. f) fortunio *A* 1. g) classem repetunt *A* 3. h) loco *A* 3. i) rodberti *A*; routberti *B* 1. 2. k) stren.—et *desunt A* 3. l) ŏdo *A* 1. m) rodb. *A*; rŭtb. *B* 1; rotb. *B* 3. n) rodb. *A*; rotb. *B* 1. 2. o) et—commissus *desunt A* 3. p) sarac. *B* 1. q) in beneventum *A* 3. r) affrica *A* 3. s) depopulati sunt *A* 3. t) hlud. *A* 1; lod. *A* 3. u) contrahens ad loth. *omissis mediis A* 3. v) gallilis *B* 1. w) misit, ut sibi virtute franc. opit. *A* 3. x) ausilio *B* 1. y) hloth. *A* 1. z) desinteriae *A* 1; dissent. *A* 3.

1) *Filius Konradi I. et frater Konradi II. ad a.* 866 *commemorati: abbatias tenuit cum alias tum St. Martini Turonensem et S. Germani Autissiodorensem; Dümmler II,* 151. 2) *A.* 841 *Saraceni urbe Bari capta in Italia consederunt; Dümmler I,* 192 *sq.* 3) *De hac expeditione a.* 866 *suscepta et per sequentes annos continuata cf. Dümmler II,* 235 *sq. A.* 871 *etiam urbs Bari a christianis recuperata est; Dümmler II,* 265 *sq.*

plaga[a] innumerabilis multitudo extincta est; plurimi etiam aranearum[b] morsibus perierunt, ut iam tunc daretur intellegi[c], quod propter duriciam[d] et cor inpoenitens[e] Deus non solum Lothario[f], verum[g] etiam omni regno eius adversaretur. Revertitur itaque in Franciam non[h] sine gravi, ut[i] dictum[i] est[i], dispendio suorum.

868.

(867 Nov. 13). Anno dominicae incarnationis DCCCLXVIII.[k] Nicholaus[l], sanctissimus et perbeatissimus[m] papa post multos[n] pro Christo labores et post[o] multa pro sanctae ecclesiae inviolabili statu certamina migravit ad caelestia regna[p. l], recepturus[q] pro administrata fideliter sibi credita dispensatione a largissimo Domino inmarcescibilem[r] gloriae coronam: de cuius Deo placitis actibus plura poterant dici relatu digna, nisi brevitati studentes causas rerum magis summatim notare quam explanare proposuissemus. Denique post beatum Gregorium[2] usque[s] in presens nullus presul in Romana urbe pontificali[t] honore sublimatus illi videtur aequiperandus. Regibus ac tyrannis imperavit eisque ac si dominus orbis terrarum auctoritate prefuit; episcopis et[u] sacerdotibus religiosis ac[v] Domini mandata observantibus humilis, blandus, pius ac[o] mansuetus apparuit, inreligiosis[w] et a recto tramite exorbitantibus terribilis atque austeritate plenus extitit, ut merito[i] credatur alter Helias Deo[x] suscitante nostris in[y] temporibus exsurrexisse, etsi non corpore, tamen spiritu et virtute.

Huic sanctissimae[z] memoriae viro Adrianus in pontificatu successit[3]. Quod[a] cum Lotharius[b] rex[c] certa[d] relatione comperisset, ei talia scripta[e] direxit[4]: 'Infausta relatio et[f] in ambiguo[g] hactenus manens, ut ita dicamus, acriter nostrae serenitatis transverberavit aures, intimando[c], quod beatae recordationis domnus Nicholaus[h] ab[i] hac lacrimarum valle vocante Christo decesserit, cum[k] sanctis, ut credimus, inestimabiliter coronandus. Nec differt, ut omnis christiana religio de tanto pontifice doleat et omnis ordo aecclesiasticus[l] de prudentissimo papa ingemiscat. Revera nos potius deflemus,

(Dec. 14). 868 (Febr.) Epist. Loth. Ps. 83, 7.

a) quorum *A* 3. b) a ranarum *B* 2. c) intelligi *A* 3. *B* 3. d) dur. cordis *A*. e) inpenitens *B*. f) hloth. *A* 1. g) sed omni *A* 3. h) cum gr. *A* 3. i) *deest A* 3. k) DCCCLXVIIII. *A* 3. l) Nicol. *A* 1. 3. m) beatiss. *A* 1; sanctus papa *A* 3. n) multos—post *desunt A* 3. o) *deest B*. p) ad dominum *A* 3. q) rec.—propos. *desunt A* 3. r) inmarcessib. *B* 1. s) usque in pr. *desunt A* 3. t) pont. hon. subl. *desunt A* 3. u) ac *A* 3. v) ac—observ. *desunt A* 3. w) inreligiosis autem *(A.) A* 1; a recto autem tr. *A* 3. x) domino *A* 1; deo—tempor. *desunt A* 3. y) *deest A*. z) s. mem. viro *desunt A* 3. a) Haec *A* 3. b) hloth. *A* 1. c) *deest A* 3. d) certa rel. *desunt A*. e) verba *A* 3. f) et—dicamus *desunt A* 3. g) inambigua *A* 1. h) nicol. *A* 1. 3. i) ab—valle *desunt A* 3. k) cum—commisimus *desunt A* 3. l) *deest B* 2.

1) 867 *Nov.* 13; *cf. Dümmler II*, 210—217. 2) *Gregorium I. (Magnum)* 590—604. 3) *Hadrianus II.* 867 *Dec.* 14 *papa consecratus est; Dümmler II*, 222 *sq.* 4) *Hanc epistulam (Mansi XV*, 831—832*) Lotharius mense Februario a.* 868 *videtur misisse; cf. Dümmler II*, 227.

qui causas nostrae calumniae[a] et fraudulentas aemulorum nostrorum quaerimonias tam benigno patri aequitatis ac iustitiae lance ponderandas ac determinandas ad tempus et in parte commisimus; sed, quod lugubriter replicamus, plus apud sanctitatem illius valuere[b] nostrorum inimicorum[c] insidiae et simulatae deceptiones, quam nostra simplex et pura defensio. Nos enim litteris et verbis indesinenter proclamantes et diversis legationibus eadem repetentes humiliter postulavimus, ut nos et accusatores nostri iuxta divinas et humanas leges sui[d] pontificii audientiam mereremur, ut ratio docet, nostram presentiam exhibendo: sed semper repulsi sumus'. Et post pauca: 'Sed quia Deus omnipotens princeps pastorum in illa sancta[e] sede vestri[f] pontificatus apicem sublimavit, si tempus arriserit, vestrum multipliciter[g] desideramus conspectum et vestris Deo dignis animari colloquiis ac melliflua benedictione potiri'. Et in fine ipsius epistolae: 'Interea modis omnibus obsecramus, ut de vestra optabili[h] prosperitate litteris vestris celsitudinem nostram certam reddentes carae filiationis munus nobis impertiri dignemini.

Ad haec supradictus papa rescripsit[1], sedem sancti[i] Petri semper paratam esse dignam satisfactionem suscipere[k] nec, quod divinae humanaeque leges iuste decernunt, umquam reppulisse[l]: itaque, si se immunem ab obiectis sciret, cum omni fiducia sedem apostolicam oporteret adire, ut expetitam benedictionem perciperet[m]; si autem culpam recognosceret, nihilominus absque hesitatione venire festinaret, condigna[n] poenitentiae[o] remedia suscepturus.

* p. 580. *His[p] temporibus gens Vulgarum[q.2] ferocissima[r] ac bellicosa relictis idolis abrenuntiatisque[s] gentilium superstitionibus in Christum ex permaxima parte credidit[3]; et abluta salutari baptismatis unda in religionem christianam transiit. Directi sunt autem a sede apostolica in eandem gentem sacerdotes ac viri religiosi, qui populum adhuc rudem divinis informarent preceptis et incultam barbariem sacris dogmatibus excolentes Christo gratum habitaculum prepararent. Ut huius vere sanctae devotionis opus prosperum obtineret effectum, Ludowicus[t] christianissimus rex, qui Germanis imperabat, non mediocre prebuit supplementum. Ferunt[u] autem de huius gentis rege, quod a tanta perfectione post perceptam baptismi gratiam ceperit, ut[v] diebus ornamentis[w] (864).

a) calumpniae *B* 1. 3. b) valuerunt *A* 3. c) *deest A*; aemulorum nostrorum *A* 3. d) eius *A* 3. e) *deest A* 3. f) viri *B* 2. g) multiformiter *A* 3. h) obtabili *A* 1. i) beati *A* 3. k) percipere *A* 1; recipere *A* 3. l) repullisse *B* 2. m) acciperet *A* 3. n) condignae *A* 3. o) penit. *B* 1. 2. p) His—prebuit supplementum *desunt A* 3. q) uulgrorum *A* 1; bulgarum *B* 3. r) fortissima *A* 1. s) adren. *B* 1. t) hlud. *A* 1. u) Fertur de eodem rege *A* 3 (*a.* 867). v) quod *A* 1. w) hornam. *B* 1.

1) *De hac epistula alibi nihil comperimus; cf. Dümmler II,* 228, *'Neues Archiv' XV,* 321. 2) *I. e. Bulgari, gens originis Finnicae, sed cum Sclavis mixta, quae Moesiam aliasque in dextra Danubii ripa regiones occupaverat atque etiam Marahensium regno, antequam Ungari intervenerunt, paene finitima videtur fuisse; cf. Dümmler I,* 33 *sq.* 3) *A.* 864, *ut videtur, Bogoris Bulgarorum rex baptismum cum nomine Michaelis accepit; quo facto etiam subditos suos christianos fieri coegit. Dümmler II,* 187 *sqq.*

regiis indutus[a] coram[b] populo[b] procederet, noctibus vero[b] sacco vestitus latenter ecclesiam intrans super pavimentum ipsius[b] basilicae[c] substrato sibi[d] tantum cilicio prostratus in oratione iaceret. Non[e] post multum tempus divina inspiratione commonitus regnum terrenum dimisit, ut in caelis aeternaliter regnaret cum Christo; et ordinato in suo loco
(889). regem filium suum maiorem[f] natu[1], comam capitis deposuit habituque sanctae conversationis suscepto monachus effectus est, elemosinis, vigiliis et orationibus die noctuque[g] intentus.
(867 Interea filius eius, quem regem constituerat, longe a paterna intentione et operatione recedens predas cępit exercere, ebrietatibus, comessationibus et libidinibus vacare et omni conamine ad gentilitatis ritum populum noviter baptizatum[h] revocare. Quod cum pater audisset, nimio zelo accensus[i] sacrum habitum deposuit et militiae cingulum resumpsit et cultu regio indutus, adsociatis sibi Deum timentibus, filium persecutus est: quem mox absque difficultate cępit, oculosque eius effodit, et in[k] carcerem misit; deinde convocato omni regno suo filium iuniorem[2] regem constituit, interminatus
(893). coram omnibus, similia fore passurum, si in aliquo a recta christianitate deviaret. His ita patratis, deposito cingulo et resumpto sanctae religionis habitu in[l] monasterium ingressus in sancta conversatione reliquum vitae presentis tempus duxit.

869.

869. Anno dominicae incarnationis DCCCLXVIIII.[m] Lotharius[n] Romam profectus est[o]; quo cum pervenisset, ab Adriano pontifice[p] honorifice susceptus est[3]. Qui[q] ab eodem presule sciscitatus[r], si monita pii patris domni Nicholai[s] cum omni vigilantia[t] hactenus observata[u] haberet[v] et prestitum[b] iusiurandum inviolato[b] foedere[b] custoditum[w], ab illo deceptus,
Ioh. 8, 44. qui in veritate non stetit, qui[x] non solum mendax est, sed etiam pater omnis mendacii, respondit se ita omnia observasse[y], ac si divinitus sibi essent imperata. Cumque proceres et optimates, qui[z] cum eo venerant, eadem testificarentur nec ulla opposita persona inveniretur, quae[a] adversus

a) indutas *B* 2. b) *deest A* 3. c) ecclesiae *A*. d) tantum sibi *B* 1. e) Non — tempus duxit *desunt A* 3. f) in suum locum rege filio suo maiore *(A.) A* 1. g) noctequ*e A* 1. h) pabtiz. *B* 1. i) accessus *B* 1. 2. k) oculisque erutis in *A* 1. l) *deest A* 1. m) DCCCLXX. *A* 3. n) Hloth. *A* 1. o) est — pervenisset *desunt A* 3. p) papa *A* 3. q) A quo interrogatus *A* 3. r) suscitatus *B* 2. s) nicol. *A* 1. 3. t) diligentia *A* 1; c. o. vig. *desunt A* 3. u) conservata *(A.) A* 1. v) conservasset *A* 3. w) custodisset *A* 3; custoditum. Qui *A* 1; custoditumque *B* 1; custoditum q. *B* 2. x) qui — mendacii *desunt A* 3. y) servasse *A* 3. z) q. c. e. ven. *desunt A* 3. a) qui *B* 1. 2.

1) *Wladimiro, qui quattuor annos (c.* 889—893*) regnasse fertur; cf. Dümmler III,* 354 *sq.* 2) *Simeonem, qui a.* 893—927 *regno praefuit.* 3) *Quae hic narrantur, ea a.* 869 *Iul.* 1 *non Romae, sed in monte Cassino acciderunt; Dümmler II,* 238—240.

regiam auctoritatem legitimum auderet controversiae inire 869.
certamen[a], universalis[b] papa talia[b] prosequitur: 'Si vestrae testificationis[c] verbis[b] veritas suffragatur, cum omni alacritate mentis[b] omnipotenti[b] Deo multiplices[b] gratiarum actiones referimus. Restat ergo, fili carissime, ut ad confessionem sancti Petri accedas, ubi Deo[b] propitio[b] salutarem hostiam[d] pro tua non tantum corporis quam animae[e] incolumitate[f] immolabimus, ex qua te nobiscum participari oportet, ut per[g] hanc participationem membris Christi, unde abscisus videbaris, merearis incorporari'. Finita igitur missarum sollempnia[h], invitat summus[b] pontifex[b] eundem[b] regem ad mensam[i] Christi acceptoque in manibus corpore et sanguine Domini ita eum alloquitur: 'Si innoxium te recognoscis a prohibito[b] atque[b] interdicto tibi a domno Nicholao[k] adulterii
p. 581. scelere et hoc fixa mente statutum[l] habes, ut nunquam diebus[b] vitae[b] tuae[b] Waldradae pelicis[m] tuae dudum[n] a te repudiatae miscearis nefario concubitu, fiducialiter[b] accede[b] et[b] sacramentum salutis aeternae tibi ad remissionem peccatorum profuturum percipe[o]: si autem tua conscientia te accusat[b] et[b] loetali vulnere sauciatum proclamat, aut iterum redire mente[b] disponis in mechiae volutabro[p], nequaquam sumere presumas, ne forte[b] ad iudicium et condempnationem tibi eveniat, quod[q] fidelibus ad remedium preparavit divina providentia'. Qui mente captus, obduratus[r] pariter[b] et obcecatus[s], absque retractatione communionem corporis[t] et sanguinis Domini[u] de manu pontificis sumpsit, non[v] expavescens illam sententiam, quae dicit: *Horribile est*[w] *incidere in manus Dei*[x] *viventis.* Hebr.10,31. *Qui enim manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit.* 1.Cor.11,29. Deinde conversus isdem[y] presul ad sequaces ac fautores regis, unicuique[z] communionem obtulit in haec verba: 'Si domino ac regi tuo Lothario[a] in obiecto adulterii crimine favorem non prestitisti neque consensum prebuisti et Waldradae et aliis ab hac sede apostolica[b] excommunicatis non communicasti, corpus et sanguis domini nostri Iesu[b] Christi[b] prosit tibi in vitam aeternam!' Igitur, quisquis in his se laesum sciens ausu[b] temerario[b] communionem sub tali contestatione porrectam sumere presumpsit, divino[c] iudicio percussus ab hac luce subtractus est, antequam subsequentis anni rediret principium; perpauci, qui se a communione subtraxerunt[d], vix mortis periculum evaserunt[e].

a) conflictum *A* 3. b) *deest A* 3. c) testificationi *A* 3. d) host. sal. *A*. e) pro corporis et animae tuae inc. *A* 3. f) incolomitate *A* 1. *B* 3. g) per h. part. *desunt A* 3. h) Finitis ig. miss. sollempniis *A*. i) missam *B* 3. k) nicol. *A* 1. 3. l) hoc fixum *A* 3. m) pellicis *A* 3. n) dud. a te rep. *desunt A* 3. o) accipe *A* 3. p) volutabrum *A*. q) quod—providentia *desunt A* 3. r) obduratusque *A* 3. s) coecatus *A* 3. t) corp. —Dom. *desunt A* 3. u) *deest A*. v) non—bibit *desunt A* 3. w) *deest B* 2. x) domini *A* 1. y) idem *A* 1; *deest A* 3. z) nuicuique *A* 1. a) hloth. *A* 1. b) *deest A* 3. c) dei *A* 3. d) substraxere *A* 3. e) evasere *A* 1.

(Ann. Prum.). Porro[a] Lotharius[b] Roma egressus morbo corripitur et
Aug. 9. Placentia[c] civitate[d] perveniens diem clausit extremum VI. Id. Augusti[1]. Tanta autem strages in prefati regis populo[e] facta est, ut non peste perisse[a], sed hostili gladio corruisse virtus ac nobilitas totius[a] regni[f] videretur, quae[g] eo tempore tantae fęcundidatis erat, ut in modum densarum segetum pullulans veluti quodam examine imperii fines[h] repleverit.

Carolus[i] certa[a] relatione[a] comperiens, Lotharium[b] regem obisse, mox[a] regnum illius occupare nititur[2]: Mettisque perveniens[k] ab Adventio prefatae[a] urbis[a] episcopo[3] et[l] non-
(Sept. 9). nullis aliis[a] primoribus favorabiliter[a] exceptus[a] in regnum
(Oct.). sublimatur indeque[m] digrediens[a] Aquisgrani palatium ingressus est[4], eo[n] quod sedes regni esse videretur. Ubi multo
(Dec.). plures ad eum confluxerunt.

Carebat[o] autem ea[a] tempestate[a] urbs Trevirorum[p] et Colonia Agrippinensis[q] pontificibus, siquidem[r], ut premisimus[5], amborum[s] presules in Italia ab[t] hac luce subtracti sunt.
(870 Ian.). Inito[u] autem rex cum optimatibus consilio, Bertulfum[v] nepotem supradicti[a] Adventii episcopi ecclesiae Trevirorum[w] prefecit. Actum[x] est autem, ut iste vir episcopalem obtineret dignitatem, interventu et[y] ope predicti Adventii, qui eo[a] tempore[a] plurimum apud regem[z] poterat[a], eo quod illi assentando in adipiscendis regni negotiis ambitiosius faveret. Porro Coloniae Aprippinae[b] rex[b] Hilduinum abbatem[6] preponere[c] temptavit in[d] pontificali cathedra, fecitque a Francone episcopo Tungrensis[e] dioceseos[7] in Aquis palatio presbiterum ordinari ad titulum sancti Petri predictae metropolis.

Dum[f] haec in regno Lotharii[g] aguntur, Ludowicus[h] rex infirmitate detentus in Baioariorum[i] finibus lecto decumbebat. Audiens itaque[k], a fratre sepedictum regnum taliter[b] invasum, aegre tulit et cum omni[b] festinatione legatos direxit, qui

a) *deest A* 3. b) hloth. *A* 1. c) placentiam *A*; plasentia *B* 3. d) civitatem *A* 1; *deest A* 3. e) in pop. eius *A* 3. f) *deest A* 1. g) Quo *B* 3. h) fines imp. *A*. i) Karolus *A*. k) veniens *A*. l) et a *A* 1. m) Inde *A*. n) eo — videretur *desunt A* 3. o) Karebant *A* 1. p) treveris *A* 3. q) agrippina *A* 3; agripinensis *B* 1. 2. r) presulibus quia *A* 3. s) ambo *A* 3. t) defuncti erant *A* 3. u) In. — consilio *desunt A* 3. v) Karolus Bertolfum *A* 3. w) treverensi *A* 3. x) Actum — dignit. *desunt A* 3. y) et o. prev. *desunt A* 3. z) eum *A*. a) valuit *A* 1; valebat *A* 3. b) *deest A* 3. c) preferre *A* 3. d) in pont. cath. *desunt A* 3. e) tungrensi episcopo in *A*; trungrensis *B* 3. f) Dum haec *usque in finem anni in A* 1 *prius omissa postmodo in duobus foliis addita sunt, quorum prius periit;* Dum — aguntur *desunt A* 3. g) hloth. *A* 1. h) hlud. *A* 1; lod. *A* 3. i) bauuariae *A* 3. k) audiensque *A* 3.

1) *Ex Ann. Prum.; de morte Lotharii Dümmler II,* 242—246. 2) *De hac expeditione cf. Dümmler II,* 281—294. 3) *Qui sedit* 855—875. 4) *Mense Octobri et iterum, ut natalem Domini ibi celebraret; Dümmler II,* 286 *n.* 2 *et* 289. 5) *V. a.* 865; *Guntharius etiamtum vixit.* 6) *Sithiensem (St. Omer), fratrem aut certe propinquum Guntharii archiepiscopi depositi; Dümmler II,* 290. 7) *Sive Leodiensis* (855—901): *is enim unus ex quinque episcopis Coloniensis metropolis suffraganeis Carolo se dediderat.*

eum obnixe rogarent, ut ab[a] hac temeraria invasione cessaret nec solus indebita presumptione usurparet, quod utrisque haereditario iure aequaliter competebat; regno decederet[b], quousque Deo pristinam sospitatem[c] reddente venire[d] posset, ut pariter colloquerentur et de eiusdem regni statu, quod[e] iustitiae et aequitatis iura dictabant, pari voluntate decernerent. His[f] cum tali mandato premissis interim Liutbertum[g] archiepiscopum Magontiacae[h] urbis[i].[1] occulte Coloniam dirigit hortaturque[k], ut[l] omni arte satageret[i] ordinationem Hilduini[l] prevenire et ex ipsius[i] civitatis clero episcopum consecrare
* p. 582. stu*deret[i] per electionem civium. Qui assumptis secum aliis (870).
episcopis[2] recto[i] itinere[i] Diuza[m] castrum[3] pervenit; et for- (Ian.).
midans, ne forte[i] insidiae sibi a Caroli fautoribus molirentur[n], nequaquam[o] Rhenum transiit[p], sed destinatis missis[q] mandavit, ut honestiores ex clero et nobiliores ex populo sibi ad eundem[r] castrum occurrerent. Illis iussa complentibus episcopus ex parte regis eos[s] alloquitur, ut sibi consulerent et quam citius[t] ex proprio grege presulem eligerent; se ad hoc destinatum esse[i], ut, quemcumque communi consilio preficiendum decernerent[u], statim consecraret. Ad haec illi respondent, Hilduino[v] episcopatum esse datum, iamque presbiterum ad ipsam sedem ordinatum, omnesque pene manibus datis eius dominationem susceptam haberent[w], nulla ratio permitteret, ut alium eligerent. Quibus ille econtra[x]: 'Si electionem[y] vobis a rege concessam despicitis, in arbitrio[i] et[i] potestate regis est[z], quem vobis velit dare episcopum; tamen[a] pro certo scitote, quod ante triduum alium quam Hilduinum[b] habebitis[c] episcopum'. His auditis unanimiter (Ian. 7).
elegerunt Willibertum, venerabilem virum, quem nimium rennuentem ac[d] refugientem[d] ordinavit predictus[e] antistes cum aliis consacerdotibus[f].[4]; et[g] cum omni clero et populo Rheni fluenta transfretavit et eum honorifice in[h] sede pontificali imposuit omnibusque[i] rite peractis sub omni celeritate recessit. Carolus comperta ordinatione nimio[d] furore accenditur ac mox Coloniam proficiscitur; quippe dum haec age-

a) ab—usurparet *desunt A* 3. b) discederet *A* 3. c) sanitatem *A* 3. d) ven. p. ut *desunt A* 3. e) quod—dictabant *desunt A* 3. f) His—premissis *desunt A* 3. g) luutb. *B* 1; liudb. *B* 2. h) moguntiae *A* 3; mogontiacae *B* 1. 3; magontiae *B* 2. i) *deest A* 3. k) hortatus *A* 3. l) hilduvini *A* 3. m) diuzam *A* 3. n) tenderentur *A* 3. o) non *A* 3. p) transit *B* 1. q) destinans mandatos *A* 3. r) idem *B* 2; illuc sibi occ. *A* 3. s) Quos venientes ex p. r. all. *A* 3. t) quantocius *A* 3. u) ut electum ab eis *A* 3. v) hilduvino iam *A* 3. w) suscepisse *A* 3; *ubi* haberent—eligerent *desunt*. x) *deest A* 3; contra *B* 1. y) inquit *add. A* 3. z) erit *A* 3. a) tamen—episc. *desunt B* 2. b) hilduvinum *A* 3. c) habetis *B* 1. d) *deest A* 3. e) liutbertus archiepiscopus *A* 3. f) sacerd. *B* 3. g) et rhenum transfretans eum *A* 3. h) sedi *A*. i) et sub. cel. *A* 3.

1) *Qui sedit* 863—889. 2) *Scilicet quattuor praeter Franconem Coloniensis ecclesiae suffraganeis, Liutberto Monasteriensi, Theoderico Mindensi, Egiberto Osnabrugiensi, Odilbaldo Traiectensi, insuper etiam Altfrido infra commemorato.* 3) *Deutz.* 4) *A.* 870 *Ian.* 7.

rentur a[a] missis Ludowici[b], Hilduinus[c] apud Aquis palatium in regio[d] obsequio morabatur. Willibertus[e] episcopus et omnes, qui in[f] eius ordinatione[g] consenserant, Rhenum transeuntes sevitiam regis declinaverunt. Rex, cum neminem repperisset, in[h] quem suas iniurias ultum ire[i] posset, via, qua venerat, regressus[k] est. Interea[f] iterum legati a Ludowico[l] mittuntur, orantes, ut a regno discederet; sed[m] cum minime adquiesceret, novissime Liutbertum archiepiscopum
(Ian. 22). et Altfridum episcopum de Saxonia[1], prudentissimum virum, Ludowicus[n] legatos dirigit, mandans, ut unum e duobus eligeret, aut cito a regno recederet aut sibi cum fratre pugnandum foret[o]. Qui eum tanta ingenii arte tantaque constantia adgrediuntur[p], ut absque dilatione recederet et[q] in proprio regno se reciperet[2]. Post[r] haec supradicti reges conventum celebrare disponunt[3] in loco, qui dicitur Marsana[4], iuxta Mosam.

870.

870. Anno dominicae incarnationis DCCCLXX.[s] Ludowicus[l]
(Aug. 8). et Carolus[t] una[f] cum optimatibus et[f] proceribus[f] suis ad Marsanam venientes regnum quondam Lotharii[u] aequis partibus[v] inter se[w] diviserunt[5]. Qualiter[x] autem haec divisio[y] facta sit, quia omnibus pene notum est, supervacuum duximus adnotare.

Carolus[t] conventu[f] absoluto[f] ad Heristellium[z.6] perrexit, quia ei idem palatium[a] in parte[b] acciderat; Ludowicus[c] vero[d] ad Aquis palatium rediit, ubi duobus fere mensibus lecto decubuit, adversa[e] valitudine preventus[7]. Denique cum a partibus orientis veniens Ribuariorum[f] terminos intrasset, in quandam regiam villam, nomine Flameresheim[8], ad hospicium divertit. Cumque solarium domus conscendisset stipatus obsequentium multitudine[g], repente

a) a m. lud. *desunt A* 3. b) lod. *B* 1. c) hilduvinus *A* 3. d) regis *A*. e) Villibertus *B* 1. f) *deest A* 3. g) ordinationi *A* 3. h) *abhinc usque in finem anni in A* 1 *in folio post addito.* i) ultuire *B* 2; ulciscere *corr.* ulcisci *B* 3. k) reversus *A* 3. l) hlud. *A* 1; lod. *A* 3. m) sed — recederet *desunt A* 3. n) hlud. *A* 3. o) sciret *A* 3. p) aggressi sunt *A* 3. q) seque in s. r. rec. *A* 3. r) Post — Mosam *desunt A* 3. s) DCCCLXXI. *A* 3. t) Kar. *A*. u) hloth. *A* 1. v) aeque *A* 3. w) inter se partibus *A* 1. x) Qual. — adnotare *desunt A* 3. y) div. haec *A* 1. z) haristalium *A* 1; haristallium *A* 3. a) idem pal. ei *A* 1; idem ei pal. *A* 3. b) sorte *A* 3. c) hlud. *A* 1; lod. *A* 3. d) *deest A* 3. e) adv. val. prev. *desunt A* 3. f) ad rib. fines venisset et in villa regia sol. ascendisset *A* 3. g) obsequentibus *A* 3.

1) *Episcopum Hildesheimensem* 847—874; *Carolus tunc Aquis nuptias cum Richilde celebravit.* 2) *Praesertim cum Ludowicum reconvaluisse audivisset.* 3) *Mart.* 6 *reges Aquis constituerunt, ut regnum Lotharii partitione quam aequissima inter se divideretur.* 4) *Meersen.* 5) *De hac partitione* 870 *Aug.* 8 *facta Dümmler II,* 297—300. 6) *Herstal; ceterum Carolus non illuc, sed Liftinas (Estinnes) se contulit.* 7) *Cuius morbi causa casus ille fuit, qui hic paulo infra narratur; Dümmler II,* 300. 8) *Flamersheim prope Euskirchen.*

ipsum[a] solarium, quod[a] nimia[a] vetustate erat[a] putredine resolutum[b], trabibus[a] fractis[a] corruit, et inter[a] ruinas[a] eius[a] rex graviter[c] adtritus est, ita[a] ut duae costae eius a sua compage[d] disiungerentur. Et[e] cum omnes accurrissent eumque perisse arbitrarentur[f], ipse a loco, in quo ceciderat, surgens suis se representavit, asserens se nihil mali passum, et ultra, quam credi potest, dissimulato languore sequenti
* p. 583. die contra[g] fratrem ad Marsana[h] proficiscitur[i]. [1]. *Tanta[k] huius principis duricia, tanta animositas fuit, ut, cum etiam[a] fragor fractarum[a] costarum adinvicem collidentium a nonnullis audiretur, nemo tamen propterea[l] audierit eum suspirium trahentem[a] vel[a] gemitum[a] emittentem.

Per idem tempus Carolus[m] Carlomannum[n] filium suum (873).
oculis privavit[2]. Siquidem predictus rex ex[o] Hirmindrude[p]
regina tres filios susceperat, Carolum[m] scilicet[a], Carlomannum[n]
et Ludowicum[q]; sed[a] duo ex his infeliciter perierunt. Nempe[r]
Carolus[m] levitate iuvenili ductus[3], temptare volens Albuini, (864).
fratris[s] Bivini et Bettonis, audatiam ac saepe laudatam constantiam, alium[t] se esse simulans, cum ex venatione vespertinis horis idem[u] Albuinus quadam die reverteretur, super eum solus[a] impetum fecit, veluti[v] equum, in quo sedebat, violenter ablaturus. Ille[w] nihil minus existimans quam filium regis, evaginato gladio ex adverso eum in capite percussit moxque terrae prostravit, deinde multis vulneribus confossum semivivum reliquit, arma pariter et caballum secum auferens; debilitatus ergo membris ac vultu deformatus pauco tempore supervixit[4]. Albuinus[x] cognito, quod filius regis esset, in quem talia exercuerat, celeriter aufugit mortisque periculum declinavit[y].

Porro Carlomannus[n], cum[a] adhuc esset[a] puerulus, iussu (854).
patris adtonsus[a] clericus effectus[z] est[5]; dehinc[b] procedente
tempore ad diaconatus officium, quamvis invitus atque coactus,
in presentia genitoris ordinatus est[6] legitque publice evan- (860).

a) *deest A* 3. b) vet. et putr. res fuerat *A*; fuerat *deest A* 3. c) tantum *A* 3. d) compagine *A* 1. e) Et—passum *desunt A* 3. f) arbitr.—represent. *desunt A* 3. g) obviam fratri *A*. h) marsanam *A* 1; ad marsanam *A* 3. i) profectus est *A* 3. k) Tantae fuit animositatis *A* 3. l) propter hoc *A* 1; *deest A* 3. m) Kar. *A*. n) Karlom. *A*. o) Nam ex *A* 3 *a.* 873. p) irmandrude *A* 1; irmindrude *A* 3. q) hlud. *A* 1; lod. *A* 3. r) Nempe—ductus *desunt A* 1; Nam Kar. tempt. *A* 3. s) fratris—laudatam *desunt A* 3; fr. Biv. *desunt B* 2. t) alium—venatione *desunt A* 3. u) idem—revert. *desunt A* 3. v) veluti—ablaturus *desunt A* 3. w) quem ille non agnoscens interfecit *A* 3. x) Albiunus *A* 1; postquam audiens filium regis esse fugiens mortem devitavit *A* 3. y) devitavit *A*. z) factus et post diaconus ordinatus est *A* 3. a) *deest A* 3. b) Deinde *A* 1; dehinc—ministr. *desunt A* 3.

1) *Casus ille accidit, non cum Marsanam, sed cum Marsana Aquasgrani Ludowicus proficisceretur.* 2) *Anno* 873; *v. paulo infra.* 3) *Anno* 864; *Dümmler II,* 103. 4) *Mortuus est a.* 866 *Sept.* 29; *Dümmler II,* 149. 5) *Anno* 854; *Dümmler II,* 320—322. 6) *Anno* 860 *ab Hildegario Meldensi episcopo; eodem anno abbatiam St. Medardi Suessionensem, deinde a.* 865 *St. Germani Autissiodorensem, postea etiam St. Amandi et St. Richarii abbatias accepit.*

gelium et pontifici missam celebranti iuxta morem ministravit. Post haec[a] per apostasiam recedens ab[b] ecclesiastica religione,
(870). abiciens ac spernens neglegenter gratiam, quae ei data erat per impositionem manus, alter Iulianus efficitur. Collecta[c] quippe predonum non modica turba[d] ecclesias Dei cepit devastare, ea, quae pacis sunt, inpugnare, cuncta diripere et inaudita mala perpetrare[1]; pro quibus cum[e] crebro a patre correptus[f] fuisset[e] nec tamen ullatenus a coepta[g] pravitate
(873). cessaret, novissime ex precepto patris ei oculi eruuntur[h], ut supra meminimus; iusto Dei iudicio lucem exteriorem amittens, qui interiorem, quae Christus est, a suo pectore effugaverat, in tenebras exteriores missus, qui interioribus sua sponte se tradiderat. Orbatus itaque Ludowicum[i] avunculum[k] suum adiit, miseriarum[l] et[m] calamitatum suarum aerumnas apud eum lugubriter deplorans; ille[n] miseratione motus Abternacum[o·2] monasterium sancti Willibrordi ei ad subsidium
(881). vitae presentis concessit, ubi non multo post tempore[e] mortuus est et sepultus[p].

871.

(872). Anno dominicae incarnationis DCCCLXXI.[q] Adrianus
(Dec. 14). papa migravit ad Dominum, et Iohannes summi pontificii culmen[r] adeptus est[3].

871. His[e] diebus[e] Adalgisus dux Beneventanus[s] Grecorum persuasionibus[t] corruptus adversus Ludowicum[u] imperatorem[v] manum levavit. Etenim[e] eius[w] hortatu[x] plurimae civitates provinciarum Samnii, Campaniae et Lucaniae a Ludowico[f] recedentes Grecorum dominationi se subdiderunt[4]. Quibus[e] cognitis[e] imperator in provincia Samnitica[y] exercitum transfert[z] petiturus[a] harum provinciarum caput Beneventum ditissimam[b] et[b] opulentissimam civitatem. Adalgisus[c] adventare

a) hoc *A* 3. b) ab hac eccles. *A* 1; ab—efficitur *desunt A* 3. c) Collectis predonibus eccl. vastabat et in. mala perpetrabat *A* 3. d) multitudine non modica *A* 1. e) *deest A* 3. f) corriperetur *A* 1. g) accepta *B* 2; acepta *B* 3. h) iussu eius oculis orbatus lod. *A* 3. i) hlud. *A* 1; lod. *A* 3. k) patruum *A*. l) mis.—deplorans *desunt A* 3. m) et cal. *desunt A*. n) Qui *A*. o) epternacum *A*. p) temp. post m. et sep. est *A*. q) DCCCLXXII. *A* 3. r) culmen pontifici *A* 1. s) benaventanus *A* 1. t) suasione *A* 3. u) hlud. *A* 1; lod. *A* 3. v) imperarem *A* 1. w) cuius *A* 3. x) ortatu *B* 1. y) in provinciam samniticam *A* 3. z) transferet *A* 1. a) peritus *B* 2. b) *deest A* 3. c) Ad. vero territus ad *A* 3.

1) *Anno* 870 *propter coniurationem detectam a patre honoribus privatus et in vincula coniectus est. Unde cum effugisset, et per unum annum cum turpissimis sodalibus latrociniis vitam degisset, a.* 871 *iterum in custodiam datus et a.* 873 *oculis privatus est; Dümmler II,* 356—358. 2) *Echternach, ubi mortuus est a.* 881; *cf. Ann. Ultraiect. (SS. XV,* 1300*).* 3) *Hadrianus a.* 872 *aut exeunte Novembri aut ineunte Decembri mortuus est, Iohannes VIII. Dec.* 14 *ordinatus usque ad a.* 882 *sedit; Dümmler II,* 351. 4) *De hac belli causa alibi nihil traditur: non contra Beneventanos, sed contra Sarracenos profectus Ludowicus a.* 871 *exercitum per fines Beneventanorum disperserat, cum subito Beneventani fortasse Engelbergae imperatricis avaritia et crudelitate lacessiti coniuratione facta eum aggressi sunt; Dümmler II,* 271 *sqq.*

exercitum sentiens timore perterritus ad callida argumenta convertitur et Benevento egressus imperatori ultro se offert, paratum[a] se esse et semper fuisse ad eius obsequium profitetur, numquam defectoribus se[b] assensum prebuisse iura-
* p. 584. mento confirmat; deinde muneribus regem[c] sibi[d] *conciliat[e] ac mox in pristinam recipitur gratiam.

Imperator in[f] Campaniam et Lucaniam ad civitates, quae defecerant, copias transponit[g]; quas absque difficultate[h] in[d] deditionem[d] recepit, excepto[i] Capuam, quae, quia quadro lapide erat[d] constructa, audaciam repugnandi civibus[d] prebuit[l]. Cingitur itaque obsidione[k] omnisque aditus intrandi[l] vel exeundi penitus intercluditur, regio in circuitu vastatur, cuncta[m] hostili rapacitate diripiuntur; novissime vites, oliveta et ceterae[n] fructiferae arbôres radicitus exciduntur. Capuani desperatis rebus episcopum civitatis adeunt: corpus sancti Germani episcopi, cuius[o] animam venerabilis pater Benedictus in spera ignea ab angelis in caelum viderat[p] deferri, in feretro levant et sic portis apertis supplices castra imperatoris petunt, orantes[q] eiusdem sancti interventu sibi veniam largiri. Augustus, ut totus pietatis visceribus affluebat, misericordia motus erratus[d] atque[d] excessus benigne[d] indulsit precepitque[r] exercitui ab excidio retrahere manum[s]. Expulsis itaque Grecis custodes ex numero satellitum[t] in civitatibus, quas receperat, locat et sic[u] Beneventum[v] proficiscitur, ubi aliquantisper decreverat immorari. Exercitus longa civitatum[w] obsidione fatigatus genitale solum cępit suspirare, post[x] emensos labores quietem desiderare, coniugum ac liberorum dulces amplexus ante oculos mentis reducere et hac ex causa paulatim cotidie[y] diffluere.

Interea[z] Adalgisus, ut erat[a] callidus[b] ingenio[a], imperatorem alloquitur, cur vires suorum nullis existentibus causis profligaret, cur[c] agros villasque suae dicioni subditas hostiliter depopulari permitteret; oporteret[d], ut et fessis optata[e] quies concederetur et regio, quae[a] iam pene devastata erat[a], clementia principis salvaretur. Flexus his suggestionibus[a] imperator exercitum ex permaxima[f] parte absolvit[g] et ad

a) paratum—profitetur *desunt A* 3. b) *deest A* 1; se defect. consensisse *A* 3. c) imperatorem *A* 3. d) *deest A* 3. e) concilians in gr. rec. *A* 3. f) in camp. et luc. *desunt A* 3. g) transmisit *A* 3. h) dific. *B* 1; dilic. *B* 2. i) excepta capua *A*. k) obsidine *B* 1. l) intr. — penitus *desunt A* 3. m) cuncta — dirip. *desunt A* 3. n) ceteraeque *A*. o) cuius—deferri *desunt A* 3. p) vidit *A* 1. q) orantes—largiri *desunt A* 3. r) precebitque *A* 1. s) manum retrahere *A*; ut ab e. m. retraherent *A* 3. t) ex suis *A* 3. u) *deest B* 2. v) in benev. *A* 1. w) civitatium *A* 1. *B* 2. x) post —reducere *desunt A* 3. y) cot. paul. *A*; quot. *A* 3. z) Interim *B* 2. 3. a) *deest A* 3. b) callidissimus *A*. c) cur—permitteret *desunt A* 3. d) oportere, ut f. requies conc. *A* 3. e) obtata *A* 1. *B* 1. f) maxima *A* 3. g) abs. et ad pr. *desunt A* 3.

1) *Capua iam a.* 868 *expugnata est: tunc unum Tarentum, quod Saraceni tenebant, imperatori restitit.*

propria repedare[a] permisit [1]; ipse[b] cum paucis in eodem loco remanet[c], nil adversi[d] suspicatus. Adalgisus regem destitutum suorum viribus cernens, iamdudum[e] conceptam iniquitatem
(Aug. 13). parturit et cum suae[f] conspirationis[e] sectatoribus[g] palatium, in quo imperator meridie quiescebat, occupare nititur. Rex[h] a strepitu et clamore irruentium excitatus lecto desilit, arma corripit et cum perpaucis[i] corporis sui[e] custodibus ad[k] hostium domus turbatus repentina inruptione procedit[l] aditumque ferro intercludens hostem a liminibus arcet. Adalgisus sentiens, non sine discrimine hostia[m] domus esse penetranda, ab introitu pedem retrahit palatiumque flammis iubet exuri. Interea[e] rex[n] dextras sibi dari petit pacemque obnixe deposcit; cui responsum est, non aliter petita[e] impetraturum, nisi prius[e] iureiurando devovisset, numquam se diebus vitae suae Beneventi fines intraturum neque ex calumnia, quam tunc patiebatur, vindictam aliquando exacturum [2]. Allatis itaque sanctorum pignoribus, necessitate constrictus sacramentum,
(Sept. 17). quod ab[e] eo[e] exigebatur, iuravit statimque postera[o] die a Beneventó exivit.

872.

872. Anno dominicae incarnationis DCCCLXXII.[p] Ludowicus[q] imperator Romam venit [3] ibique conventum celebrans coram summo pontifice multa super Adalgisi tyrannide conquestus est. A[r] senatu Romanorum idem[e] Adalgisus tirannus atque hostis reipublicae declaratur, bellum[s] adversus eum decernitur. Iohannes[t] papa [4] imperatorem a iuramento, quo se obligaverat, auctoritate Dei et sancti Petri absolvit, affirmans nihil sibi obesse, quod ob mortis periculum evadendum coactus fecerat, nec sacramentum esse dicendum, quod contra salutem reipublicae, quamvis cum multis execrationibus, fuerit prolatum. His exhortationibus principis animum ad rediviva certamina provocat. Tamen, ne a suis periurus[u] diceretur, nequaquam ipse contra tirannum procedit, *sed reginam * p. 585.

a) redire *A*. b) Ipse vero *A*. c) permansit *A* 3. d) nihil mali *A* 3. e) *deest A* 3. f) suis *A* 3. g) sectoribus *A* 1. h) Imperator clamore *A* 3. i) paucis *A* 3. k) ad — inrupt. *desunt A* 3. l) procedens *A* 3. m) ostia *A* 3. n) Imperator *A* 3. o) a ben. post. die *A*. p) DCCCLXXIII. *A* 3. q) Hlud. *A* 1; Lod. *A* 3. r) Tunc a *A*. s) bellum etiam *A*. t) Iohannes autem *A*. u) peiurus *B* 1. 2.

1) *Non domum dimissus, sed per urbes et castella ducatus exercitus distentus fuit, cum coniurati imperatorem opprimerent; v. supra.* 2) *Imperator, postquam per triduum in turri quadam firmissima se defendit, tandem Aug.* 16 *igne admisso coactus in deditionem venit et usque ad Sept.* 17 *in custodia tentus est; tum iureiurando huiusmodi interposito se non ulturum pollicitus domum dimissus est. Cf. Dümmler II,* 271—273. 3) *Ravenna, ubi hiemem degerat, imperator a.* 872 *ad pentecosten celebrandam Romam se contulit; Dümmler II,* 341 *sq.* 4) *Immo Hadrianus tunc nondum mortuus.*

cum exercitu dirigit[a]·[1]. Adalgisus certis[b] indiciis colligens, bellum adversum se summis viribus parari hostemque se ac tirannum esse denunciatum, suae nequiciae[c] conscius metu percellitur et spem vitae in fuga ponens in Corsicam insulam secessit ibique ad tempus delituit[d]·[2].

873.

Anno dominicae incarnationis DCCCLXXIII.[e] locustarum inaestimabilis multitudo mense Augusto ab oriente veniens totam pene pervastavit Galliam[3]. Quae maiores erant quam caeterae locustae habebantque[f] sena[g] alarum remigia, et, mirum dictu, ut castrorum acies distinctis ordinibus per aera ferebantur vel terrae incumbentes castra[h] metabantur. Duces cum paucis exercitum itinere unius diei preibant[i], quasi loca apta multitudini provisuri. Circa horam nonam, ubi duces pridie venerant, insidebant, nec a loco occupato movebantur, quousque sol suum representaret ortum[k], tunc per turmas suas[l] proficiscebantur, ut in parvis animalibus disciplinam militarem cerneres. Segetibus vescebantur, quae ab eis ita depastae sunt, ut veluti[l] inmani[l] tempestate consumptae viderentur. Spatium diurni itineris quatuor aut quinque milibus extendebatur. Pervenerunt autem[m] usque[l] ad[n] mare Brittannicum superficiem terrae cooperientes, in quo[o] Deo volente violento[p] ventorum[l] flatu[q] inpulsae[l] atque[l] in profundum absportatae dimersae[r] sunt. Aestu vero atque refusione oceani reiectae littora maritima[l] repleverunt; tantaque congeries facta est, ut ad[s] instar montium cumulatae coacervarentur: ex earum foetore ac putredine aer corruptus diram pestem finitimis generavit, ex qua multi perierunt[t]. (Ann. Prum.).

Per idem tempus[u] Carolus[v] Andegavensem obsidebat urbem[4]. Denique Nortmanni[w], postquam Ruotbertum[x] et Ramnulfum[y] et alios nonnullos generosae stirpis viros, qui patriae terminos armis tuebantur, Deo habitatoribus[z] terrae

a) *deest A* 1; misit *A* 3. b) *deest A* 1. c) nequiae *B* 3. d) latuit *A*. e) DCCCLXXIIII. *A*. *B* 1. 2. f) habebant *A* 1. g) sona *B* 3. h) castros *A* 1. i) p̄hibant *B* 3. k) sol oriretur *A* 3. l) *deest A* 3. m) vero *A* 3. n) *deest B*. o) britannicum, ubi *A* 3. p) violenti *B* 1; violaeti *B* 2. q) flatu ventorum *A* 1. r) demersae *A* 3. s) *deest A*. t) ex qua m. p. *desunt A*. u) P. tempus idem *A* 1. v) Kar. *A* 3. w) nordmanni *A* 1. *B* 3; northm. *B* 2. x) rotbertum *A* 3; rŏtb. *B* 2. y) ramnolfum *A*. z) habitatores *A* 3.

1) *Ludowicus ipse cum exercitu contra Adalgisum profectus Capuae consedit, quo Engelberga eum secuta est.* 2) *De fuga Adalgisi nihil notum est: ex contrario tunc ille, id quod noster temere quasi causam belli supra narravit, cum Graecis se coniunxit. Quo factum est, ut imperator re infecta tandem a.* 873 *cum eo pacem a Iohanne papa conciliatam iniret.* 3) *Haec omnia ex Ann. Prumiensibus pristinis sumpta esse videntur; ei, qui ad nos venerunt (SS. XV, 2), ad a.* 874 *exhibent:* locustarum inestimabilis multitudo totam pervastavit Galliam. *Ad rem ipsam cf. Dümmler II,* 369 *sq.* 4) *Dümmler II,* 361 *sq.*

adversante occiderunt, cum nemo inveniretur, qui eorum violentiae resisteret, sollicitati paucarum civitatum vel regionum direptione[a], ex[b] preda singularum, quantae opes universarum[c] essent, animo[d] prospicientes, Andegavis civitatem civibus fuga dilapsis[e] vacuam reperientes ingrediuntur. Quam cum munitissimam et pro situ loci inexpugnabilem esse vidissent, in laetitiam effusi hanc suis suorumque copiis tutissimum receptaculum adversus lacessitas bello gentes fore decernunt. Protinus navibus per Medanam fluvium[1] deductis muroque applicatis, cum[f] mulieribus[g] et parvulis veluti in ea habitaturi intrant, diruta reparant, fossas vallosque renovant et ex ea prosilientes[h] repentinis incursionibus circumiacentes regiones devastant. Quod cum[i] Carolo tam pernitiosa pestis in visceribus regni interclusa nuntiata[k] esset, ilico ex omnibus regnis, quae suae ditioni parebant, veluti ad commune incendium extinguendum exercitum[l] colligit atque castris in circuitu positis civitatem obsidione cinxit[m]. Et quia Medana fluvius a partibus Brittanniae urbis murum alluebat, Salomoni regi[n] Brittonum mandat, ut contractis auxiliis citius adventaret, ut communem hostem communibus viribus expugnarent[o]. Qui assumptis secum multis Brittonum milibus super ripam fluminis Medanae tentoria figit[p]. Igitur ex omnibus partibus urbe obsidione circumdata, multis diebus undique summa virtute dimicatur, nova et exquisita machinamentorum genera applicantur; sed conatus regis prosperitatis effectum non optinuit, quia[q] et loci facies non facilem prebebat accessum et paganorum valida manus, quia pro vita res erat, summo resistebat conamine. Exercitus inmensae multitudinis cum longe obsidionis tedio, fame et gravi pestilentiae morbo adtereretur, cernentes Brittones urbem inexpugnabilem conati sunt fluvium a suo alveo dirivare[r], ut exsiccato naturali meatu[s] naves *Nortmannorum invadere possent. * *p.* 586.
Cęperunt itaque fossam mirae profunditatis ac latitudinis aperire; quae res tantum[t] formidinis metum Nortmannis ingessit, ut absque dilatione ingentem pecuniam Carolo[u] pollicerentur[v], si soluta obsidione eis ex suo regno liberum preberet egressum. Rex turpi cupiditate superatus pecuniam recepit et ab[w] obsidione recedens[x] hostibus vias patefecit. Illi conscensis[y] navibus in Ligerim revertuntur et nequa-

a) deceptione *B* 2. b) et ex *A* 3. *B* 1. c) universarium *A* 1. d) *deest A* 3. e) lapsis *A* 3. f) mur. appl. cum *desunt B* 2. g) muneribus *B* 1. h) prosiliuntes *B* 2. i) Cumque Karolo *A* 3. k) nuntiatum *B* 3. l) exertitum *A* 1. *B* 1. m) cingit *A* 3; cinxit *B* 1. n) rei *A* 1. o) expugnaret. Quia sumptis *A* 1. p) fixit *B* 2. q) qui *B* 2. r) derivare *A* 3. s) metu *A* 1. t) tantam formidinem *A* 3; tantae *B* 2. u) Kar. *A* 3. v) pollicerent *B* 1. 3. w) *deest A.* x) soluta *A* 3. y) consensis *B* 1.

1) *Mayenne.*

quam, ut[a] spoponderant, ex regno eius recesserunt; sed in eodem loco manentes multo peiora et inmaniora, quam antea fecerant[b], perpetrarunt.

874.

Anno dominicae incarnationis DCCCLXXIIII.[c] Ludowicus imperator, qui Italiae regnum regebat, moritur[1]. Fuit vero iste princeps[d] pius[e] et misericors, iustitiae deditus, simplicitate purus[f], ecclesiarum Dei[g] defensor, orphanorum[h] et pupillorum pater, elemosinarum[g] largus largitor[i], servis Dei humiliter se submittens[k], ut iusticia eius maneret in seculum[l] et cornu eius exaltaretur in gloria[m]. (875). (Ann. Prum.?). Psalm. 92, 11.

Eodem anno Salomon rex Brittonum[n] a Pasquitano[o] et Vurfando ducibus suis dolo interficitur[2]; post cuius mortem cum hii[p] duo regnum eius inter se dividere vellent, sed in divisione dissentirent, eo quod maxima pars Pasquitani[q] partibus faveret, bellum ab utrisque summis viribus instauratur. Pasquitanus[r], quamquam maiore multitudine habundaret, Nortmannorum tamen auxilia pecunia conducit eaque ad supplementum virium suo exercitui miscet et mox contra aemulum ad pugnam proficiscitur. Vurfandi satellites videntes, vires regni ad Pasquitanum[r] concessisse, cęperunt ab eo diffugere, ut vix mille cum eo in acie remanerent[s], qui et ipsi coeperunt suadere, ut secederet mortisque periculum declinaret; se cum paucis innumeram multitudinem sustinere non posse. Ad haec ille respondit: 'Absit', inquit[g], 'optimi commilitones, ut hodie faciam, quod numquam feci, scilicet[g] ut inimicis meis terga vertam et gloria nominis nostri[t] infametur. Melius[u] nobiliter mori, quam ignominia[v] vitam servare; nec diffidendum de victoria. Fortunae vires cum hostibus experiamur; neque enim salus est in multitudine, sed potius[g] in Deo'. Huiuscemodi exhortationibus[w] animatis sociis super triginta et eo amplius, ut ferunt, adversariorum milia irruit; clamor in caelum tollitur, pugna summa virtute conseritur. Vurfandus cum suis confertissimam hostium aciem irrumpit[x] et, veluti herba pratorum recisa[y] ante acumen falcis cadit et uberrimae segetes procella tempestatis dese- 874.

a) *deest B* 2. b) fecerunt *A* 1. c) DCCCLXXV. *A* 3. d) iste pr. vero *A* 1. e) Lod. It. imp. mor., vir pius *A* 3. f) simplex *A* 3. g) *deest A* 3. h) orfanorum *B*. i) largitor largus *A* 1. k) servorum Dei humilis servitor *B* 2. l) seculum seculi *A* 3, *ubi* et—gloria *desunt*. m) secula *A* 1. n) brittanorum *A* 1; britanniae *A* 3. o) pastiquano *A*. p) hi *A* 3. *B* 2. q) pastiquani *A*. r) pastquit. *A* 1; pastiqu. *A* 3. s) remanerunt *A* 1. t) mei *A* 3. u) Melius est *A* 3; est *postmodo additum in B* 3. v) ignominiosam *B* 3. w) exort. *A* 1. *B* 1. x) inrumpit *B* 1. 3. y) recita *B* 3.

1) *A.* 875 *Aug.* 12; *Dümmler II,* 385 *sq. Tamen haud scio an haec quoque ex Annalibus Prumiensibus petita sint.* 2) *Salomon a.* 874 *a ducibus Pascwithen et Gwrwand aliisque coniuratis captus et oculis privatus Iun.* 28 *mortuus est; Dümmler II,* 363 *sq.*

viente[a] prosternuntur[b], ita ferro caedit sternitque omnia. Raro[c] in illo regno in ullo prelio tantum sanguinis fusum est. Pasquitanus[d], ut mactari suos more pecudum vidit, cum paucis[e], quos[f] gladius necdum consumpserat[g], fugit. Porro Nortmanni, qui in auxilium fuerant[h] evocati[i], monasterium sancti Melanii episcopi[1] ingressi sunt ibique se more solito communiunt et succedente nocte fuga dilapsi ad naves revertuntur. Fuit vero[k] gestum hoc prelium in campis iuxta civitatem Redonis[2].

Erat hic[l] Vurfandus[m] genere inter suos clarus, sed virtutum experimentis nobilitate clarior, quae tanta in illo fuit[n], ut animi magnitudine viriumque gloria inter[o] suos, ut diximus, nulli videatur[p] esse secundus; ad[q] cuius audatiam mentisque constantiam[r] demonstrandam unum e multis ponere
(868). placuit. Nam cum[s] Salomon rex hiemis[t] tempore aliquando contra Nortmannos castra posuisset[3], ut ab eorum incursione fines regni sui tueretur, ibique multis diebus resideret, quadam die cum sermo inter socios tereretur[u] de audatia[v] et duricia Nortmannorum, predictus Vurfandus se[w] ultra vires presumens arroganter iactavit, si rex cum exercitu recederet, se audere[x] tantummodo cum suis in eodem loco rema*nere[k] * p. 587.
et[k] tribus diebus post discessum[y] regis immorari. Distabant vero castra Brittonum a Nortmannorum[z] classe tantum octo milibus. Nunciata[a] sunt verba, quae Vurfandus quasi leviter protulerat, nescio a quo, Hastingo paganorum[b] duci[c]. Non multo post interiecto tempore datis quingentis vaccis Salomon pacem cum Nortmannis fecit; et acceptis obsidibus cum redire in regnum disponeret, legatus Hastingi[d] eum taliter alloquitur: 'Nuntiatum est Domino meo, te tantum[e] virum[f] habere, qui se iactet, quod te recedente solus[g] cum suis hoc in loco audeat remanere. Si ergo tantus est, quantus sibi videtur, incunctanter remaneat, quia dominus meus vult eum videre audacisque viri desiderat[h] notitiam habere'. Interrogatus autem[i] Vurfandus a rege, utrum tale aliquid

a) deseveniente *B* 1. b) proteruntur *A* 3. c) Raro — est *desunt A* 3. d) pastiquanus *A* 3. e) c. p. fugit, quos gl. n. cons. *B* 3. f) qui superfuerant *A* 3. g) consepserat *A* 1. h) fuerunt *A*. i) convocati *B* 2. 3. k) *deest A* 3. l) huic *A* 1. m) uuarfandus *B* 1. n) fuit in illo *B* 2. o) i. s. u. dix. *desunt A* 3. p) videretur *A* 3. q) ad — placuit *desunt A* 3. r) const. — multis *desunt B* 3. s) *deest A* 1. *B* 2. 3; sal. rex cum *B* 1. t) hyemis *A* 3. *B* 2. u) teneretur *B* 2. v) audacia *A*. w) de *A* 1; *deest A* 3. x) tant. aud. *B* 2. y) decessum *A* 1. z) nor mannorum *B* 1. a) nuntiata *A*. b) nortmannorum *A* 3. c) duci pag. *B* 2. d) hastigni *B* 2. e) talem *A* 3. f) virium *A* 1. g) solis *B* 2. h) et aud. v. vult *A* 3. i) *deest A* 3.

1) *St. Melaine prope Ligerim (département Maine et Loire).* 2) *Rennes. Tamen, cum neuter alterum devincere posset, terra inter eos divisa mansit: charta quaedam a.* 878 *data est* regnante Pascweten et Wrhwant Britanniam *(Dümmler II,* 363 *n.).* 3) *A.* 868 *Salomonem cum Francis contra Hastingum Normannorum ducem bellum gessisse constat; Dümmler II,* 279.

professus[a] esset, respondit se talia[b] dixisse et haec[b] eadem factis velle probare[c]; protinusque licentiam ibi remanendi petit[d]. Cum a principe obiurgaretur, cur tam fatua obstinatione detentus pro verbis inaniter in[b] ventum[b] prolatis vellet[e] mori suosque morti tradere, nullatenus adquievit, asserens, nisi manendi[f] licentiam daret, nequaquam illi fidelis in reliquum foret[g]. Sed cum Salomon inrevocabilem eius animum perspexisset, dare ei solatium ex suis satellitibus voluit; quod[h] rennuit[i] suscipere, affirmans[k], si alios quam suos secum haberet, iam non essent vera, quae[l] spoponderat. Rex cum omnibus copiis in regnum recessit et[a] Vurfandus in eodem loco cum ducentis fere viris remansit ibique quinque diebus expectavit. Sexta[m] nocte Hastingus quendam captivum a vinculis absolvit[n] et eum ad Vurfandum direxit, mandans, ut sibi ad vadum cuiusdam torrentis inter tertiam et secundam[o] supervenientis diei horam occurreret, ut mutuis colloquiis fruerentur. Qui nihil cunctatus arma corripere sociis imperat et ad condictum locum absque mora pergit; prospiciensque[p] vadum torrentis inter suos et adversarios quasi limitem fore, nullo modo ibi consistere voluit, sed
p. 587. transvadato[q] gurgite ultro obviam hostibus procedit. Nortmanni admirantes animositatem atque audatiam[r] viri ab eo declinarunt nec eum bello lacessere[s] ausi sunt. Ille[t] usque[u] sextam horam[v] intrepidus expectans, cum neminem adversae partis venire cerneret, cum suis ad propria reversus est.

Nec illi animus minus in mortem invictus quam in hostem fuit. Denique post peractam victoriam morbo gravatus[w] ad extremum deducitur[x]; cuius invalitudinem cum persensisset Pasquitanus[y], resumptis viribus fautores eius[z] bello adgredi parat[a]. Qui timore perterriti[b] ad ducem confugiunt et cum lacrimis ei minas Pasquitani[y] aperiunt, petentes contra imminens[c] periculum consilium. At ille hortatur, ut adversus hostem audacter[d] procedant suum vexillum ferentes polliceturque victoriam. Qui cum respondissent, sine eius presentia non audere cum adversariis congredi, spiritum, qui una cum viribus corporis iam pene effugerat, resumens, quia nec pedibus neque[e] equo poterat ire, iubet se in lecto portari et ante aciem inimicorum exponi et sic subire[f] certamen. Quod cum satellites fecissent[g], mox hostes in fugam versi sunt. Patrata victoria cum eum reportare vellent ad[h] domum,

a) profusus *A* 1. b) *deest A* 3. c) facere velle *B* 2. d) perit *A* 1; petere *A* 3. e) velle *B*. f) remandi *B* 2. g) *deest B* 1. h) qui *A* 3. i) renuit *A* 3. *B* 2. k) adfirmans *A* 1. *B* 3. l) esset verum quod *A* 3. m) Quinta *A* 3. n) abs. a vinc. *B* 2. o) terciam secundamque *B* 2. p) perspic. *A* 3. q) transudato *A* 1. r) audaciam *A*. s) lacessire *A* 1. t) Ille autem *B* 2. u) usque in *A* 3. v) sextam ad horam *B* 2. w) gravatis *A* 1. x) ducitur *A* 3. y) pastiqu. *A* 3. z) ipsius *A*. a) adgreditur *B* 2. b) pert. tim. *B* 2. c) imminentis *B* 3. d) audaciter *A* 1; *deest B* 2. e) nec *A* 3. f) subicere *A* 1; subiri *A* 3. g) fec. eius *B* 2. h) *deest A* 3. *B* 2.

inter manus militum spiritum, qui tandummodo[a] in pectore palpitabat, exalavit[b]. Paucis[c] interpositis diebus Pasquitanus[d] et ipse defunctus est[1]. Post horum duorum continuas mortes Vidicheil[e] ex filia Herispoi regis natus[2] et Alanus frater memorati Pasquitani[d] Brittanniam inter se partiti sunt; inter quos etiam multa iurgia et bella[f] fuerunt. Sed Vidicheile[g] in prelio, quod contra Nortmannos magis audacter quam provide gesserat, interempto[3], in ditione[h] Alani omnis Brittannia concessit, qui[i] et hanc strenue hactenus gubernat[4].

(Ann. Prum.?). Eodem anno Carolus[k] Romam perrexit et datis apostolico
(875). Iohanne[l] et Romanis magnis muneribus imperator creatur[5].

876.

Ann. Prum. *Anno dominicae incarnationis DCCCLXXVI.[m] Ludowicus[n] * p. 588.
rex apud Franconofurt[o] palatium diem clausit extremum
Aug. 28. V. Kal. Septembris sepultusque[p] est in monasterio sancti Nazarii, quod Lorasham[q] nuncupatur[6]. Fuit autem iste princeps christianissimus, fide catholicus, non[r] solum[r] saecularibus, verum[r] etiam[s] ecclesiasticis disciplinis sufficienter instructus; quae religionis sunt, quae pacis, quae[t] iusticiae ardentissimus exsecutor, ingenio callidissimus, consilio providentissimus, in dandis sive subtrahendis publicis dignitatibus discretionis moderamine temperatus: in preliis[u] victoriosissimus, armorum quam conviviorum apparatibus studiosior, cui maximae[v] opes erant instrumenta bellica, plus diligens ferri rigorem quam auri fulgorem. Apud quem nemo inutilis valuit, in cuius oculis perraro utilis displicuit, quem nemo muneribus corrumpere potuit, apud quem nullus per pecuniam ecclesiasticam sive mundanam dignitatem obtinuit[w], sed magis ecclesiasticam probis moribus et sancta conversatione, mundanam devoto servitio et sincera[r] fidelitate. Habuit autem hic gloriosissimus rex, cuius memoria in benedictione est, reginam nomine Hemmam[7] sibi[x] in matrimonium

a) solo *A* 3. b) exhalavit *A* 3. *B* 2. c) Paucis autem *B* 2. 3. d) pastiqu. *A* 3. e) iudicheil *A*. f) pella *A* 1. g) iudicheile *A*; uidech. *B* 2. h) ditionem *A* 3. *B* 1. i) qui—gubernat *desunt A* 3. k) Karolus *A* 3. l) iohanni *A* 3. *B* 1. m) DCCCLXXXVI. *A* 1; DCCCLXXVII. *B* 3. n) Lod. *A* 3. o) franconevort *A* 3; franconafurt *corr. B* 2. p) sepultus *A* 3. q) lorasam *B* 2. r) *deest A* 3. s) et *A* 3. t) quaeque *A* 3. u) proelio *B* 2. v) maxime *A* 1. *B* 1. w) optinuit *A* 1. *B* 1. x) sibi—iunctam *desunt A* 3.

1) *Quae quando facta sint, non constat: certe inter annos* 878 *et* 888. 2) *Quoniam Gwrwand gener Erispoii fuisse dicitur, haud scio an Vidicheil aut filius aut nepos illius fuit.* 3) *V. infra a.* 890. 4) *Obiit anno* 907. *P.* 5) *Carolus statim Hludowico imperatore defuncto anno* 875 *Romam ivit, et die natalis Domini coronatus est. P. Conf. Dümmler II,* 388—390 *et* 397 *sq. Fortasse haec quoque ex Ann. Prum. petita sunt.* 6) *Ex Ann. Prumiensibus; Dümmler II,* 412 *sqq.* 7) *Filiam Welfi comitis, quam a.* 827 *in matrimonium duxit* († 976 *Ian.* 31); *Dümmler I,* 26 *et II,* 424 *sq.*

iunctam, quae nobilis genere fuit, sed, quod magis laudandum, nobilitate mentis multo prestantior; ex qua tres filios suscepit[a] excellentissimae indolis, videlicet Carlomannum[b], Ludowicum[c] et Carolum[d], qui felici sorte post discessum[e] patris imperii moderati sunt gubernacula.

Carolus[f] audito, quod frater a seculo recessisset, nimia, ut aiunt, exultatione perfusus est, arbitratus portionem regni Lotharii, quam[g] isdem[h] frater tenuerat, in suos libitos[i] concessuram. Exercitum ergo[k], quanta potuit celeritate, adunavit[l] et cum omnibus viribus regnum[k] ingressus[k] ad[k] Aquis[l] palatium venit; ubi paucis diebus moratus Coloniam profectus est[m].

Dum[n] haec aguntur in memorato[o] regno, Carlomannus[p] primogenitus Ludowici[q] Italiae fines intraverat[r], cupiens eam paterno suoque subiugare dominatui. Siquidem[s] Ludowicus[q] imperator iam, ut diximus, ab hac luce subtractus fuerat et Carolus[t] imperatoris nomen reportans ex Italia excesserat; Carolus[t] vero[k] frater eius[u] in Alamannia morabatur. Porro Ludowicus[q], qui ad patris obitum fuerat funerisque eius obsequia[v] condigno honore celebraverat, apud Franconofurt[w] principalem[k] sedem orientalis regni residebat. Cui cum nuntiatum[x] esset, quod Carolus[t] avunculus[y] eius iam regni paterni terminis occupatis circa Rheni fluenta castra posuisset, nimio furore accenditur[z] statimque legatos ad eum dirigit, orans, ut memor esset germanitatis atque consanguinitatis, memor esset nominis[a] domini nostri[a] Iesu Christi, cuius mentionem coram nonnullis testibus facientes ipse et frater, quando regnum inter se diviserunt, terribili essent alternam pacem adinvicem[a] pacto polliciti, et pertimescens[b] tantum nomen[c] in vanum accipere redderet Domino iuramenta sua, foedus, quod ad[d] alterutrum pepigerant, inviolabile maneret[e]; parceret gladio et humanum fundere sanguinem tam dira cupiditate infectus formidolosius[a] exhorresceret; foret sua sorte contentus et funiculo hereditatis divinitus sibi collato pacifice frueretur, aliena iura non invadens, non subtrahens, non perturbans; non[f] esset in tanto viro vanae gloriae tiphus[g], non[h] supercilii fastus, non alterius usurpandi terminos ambitio; sed iusticia, caritas et concordia regnaret, ac[a] summum pax[a] inter illum et nepotes teneret omnino[a] fastigium. Sed

a) habuit prestantissimae *A* 3. b) carolomannum *A* 1; karlom. *A* 3; carlm. *B* 2. c) Lod. *A* 3. d) kar. *A* 3. e) decessum *A* 1. *B* 1. f) Karolus *A* 3. *B* 1. g) quam—tenuerat *desunt A* 3. h) idem *B* 2; hisdem *B* 3. i) libitus *A* 3; libitos *corr.* libitvs *B* 1. k) *deest A* 3. l) aquas *A* 1. m) venit *A* 3. n) Cum *B* 2. o) lodewici *A* 3. p) Karlom. *A* 3. q) lodew. *A* 3. r) intravit *B* 2. s) Nam *A* 3. t) Kar. *A* 3. u) suus *A* 3. v) obsequia *corr.* obsequium *B* 3. w) franconefort *A* 3. x) nunciatum *A*. y) patruus *A* 3. z) succenditur *A* 3. a) *deest A* 3. b) permesticens *A* 1. c) nomen tantum *A* 1. d) *deest A*. e) manere sineret *A* 3. f) ne *A* 3. g) typus *B* 2. h) non—ambitio *desunt A* 3.

1) *De hac expeditione et sequenti bello Dümmler* ²*III*, 31—37.

huiuscemodi monita Carolus[a] sprevit, asserens se cum fratre, non cum nepotibus pepigisse.

Interim Ludowicus[b] exercitum ex Saxonia, Turingia[c] et orientali Francia congregat et, ut in filio non tantum paternos vultus[d], quantum animi subtilitatem artiumque ingenia recognosceres[e], castra e regione Coloniae contra castra Caroli[a] super ripam fluminis magno apparatu collocat, ipse autem cum omni hostili[f] virtute inter Con*fluentes et Andrenacum * p. 589. Rhenum transit. Nec[g] defuit, qui ad aures Caroli[a] perferret, nepotem cum omnibus copiis Rhenum transisse. Tunc primum animadvertit Carolus[a], se a castris Ludowici[b] esse illusum. Movit vero[h] absque mora exercitum et cum quinquaginta et eo amplius, ut ferunt, milibus in pago Meginense non longe ab Andrenaco[1] castello[i] adversus eum ad pugnam procedit;
Ps. 32, 16. 17. sed 'non salvatur rex in multa virtute, fallax[k] enim[l] equus ad salutem'. Siquidem inito certamine Reginarius comes, qui regium[m] vexillum ferebat, primo impetu extinguitur; confertissimae acies a[n] Ludowici[b] sociis irrumpuntur[o], et, sicut ignis in stipula immissus furit[f] et[f] in momento cuncta devorat, ita vires adversariorum ferro[f] conterunt, terrae prosternunt[p]. Exercitus Caroli[a] graviter caesus terga vertit, et Ludowici[b] victoria fuit. Carolus[a] videns suos fugere et ipse fuga vitam servavit, sero secum revolvens, quanti discriminis sit, aequitatis iura divinarum humanarumque legum institutionibus roborata immoderatae cupiditatis ambitione violari
(Ann. Prum.). velle[f]. Acta est autem haec strages VIII. Idus Octobris[2].

Post haec convenerunt tres supradicti fratres in loco, qui dicitur Sualifelt[q.3], et ibi diviserunt paternum regnum.
(Nov.). Carlomannus[r] sortitus est Baioariam[s], Pannoniam et Carnutum[t], quod corrupte Carantanum dicitur[4], nec non et regna Sclavorum[u], Behemensium[v] et Marahensium; Ludowicus[b] orientalem Franciam[w], Turingiam, Saxoniam, Fresiam et partem regni Lotharii: porro Carolo[x] Alamannia in[y] * p. 5 partem[z] cessit et aliquae[a] civitates ex regno Lotharii.

877.

Anno dominicae incarnationis DCCCLXXVII. Carolus[a] senior Romam secundo profectus est, ubi iam pridem[f] impera-

a) Kar. *A* 3. b) lodew. *A* 3. c) thuringia *A* 3. d) paternum vultum *A* 3. e) recognoscens *B* 3. f) *deest A* 3. g) Non *A* 3. h) tamen *A* 3. i) castro *A* 3. k) fall. e. e. ad sal. *desunt A* 3; faclax *B* 1. l) *deest B* 2. m) *deest A*. n) lud. a *B* 2. o) inrumpitur *B* 3. p) conteruntur et prosternuntur *A* 3. q) sualivelt *A* 3. r) Karlom. *A* 3. s) bauuariam *A* 3. t) caruntum *A* 3. u) slavorum *A* 3. v) beheimensium *A* 1. w) frantiam *A* 1. *B* 3. x) caroli *A* 1; karolo *A* 3; caroł. *B* 2. y) in p. cessit *desunt B* 2. z) parte *B* 3. a) aliquot *B* 2.

1) *Andernach in pago Maienfeld.* 2) *Ann. Prum. (SS. XV, 2):* Bellum Andrinaco VIII. Idus Oct. 3) *Non in pago Schwalafeld, sed in Retiensi (Riess); Dümmler III,* 60 *sq.* 4) *Kärnten, quocum iam Paulus Diaconus (V, 22) Carnuntum illud Romanorum confundit.*

toris nomen a presule sedis apostolicae Iohanne ingenti pretio emerat; regnumque Italiae magis in[a] transeundo vidit, quam fruendo potitus est[1]. Ab urbe Roma in Langobardiam[b] reversus, Bosoni[2] germano[c] Richildis reginae Hirmingardem[d] filiam Ludowici[e] imperatoris in matrimonium iungit. Dies nuptiarum tanto apparatu tantaque ludorum magnificentia celebratus est, ut huius celebritatis[f] gaudia modum excessisse * p. 589. ferantur. Dedit insuper eidem Bosoni Provintiam, et corona[g] in[a] vertice[a] capitis[h] imposita eum[a] regem appellari iussit, ut more priscorum imperatorum regibus videretur dominari. Evolutis deinde paucis[i] diebus Papiam ingreditur; in qua[k] cum in disponendis publicarum[l] rerum negotiis animum intenderet, repente nuntiatum est[a] ei, Carlomannum[m] cum ingenti armatorum multitudine Langobardorum terminos[n] introisse. Mox pavore solutus, Ticianum[o] Padumque transit[p] et summo annisu in[a] Gallias repedare contendit. Sed priusquam Alpium preminentia iuga angustaque itinera adtingeret, aegritudine pulsatur, quam protinus mors subsecuta finem vitae imposuit. Est autem fama, quod a quodam Iudeo, qui[q] vocabatur Sedechias, poculum mortis ei[a] propinatum[a] sit[r], qui ei familiarius adherebat, eo quod in medendis corporum passionibus singularem experientiam habere diceretur[s]; porro hic sicophanta[t] erat et magicis prestigiis incantationibusque mentes hominum deludebat. Obiit vero (Ann. Prum.). pridie Non. Octobris[3]. Corpus eius[a] levatum in feretro a Oct. 6. suis extra Italiam deportatur; sed quia foetor intollerabilis[u] ex putredine cadaveris baiulantes[v] gravabat, compulsi sunt illud terrae mandare[4]. Post aliquantos annos ossa eius[w] translata sunt et Parisius in monasterio sancti Dionisii honorifice sepulta. Cui successit[x] in regnum filius Ludowicus[e].

878.

* p. 590. *Anno dominicae incarnationis DCCCLXXVIII. eclipsis (Ann. Prum.). lunae magna facta est mense Octobrio, die XVI.[y] Item eodem mense eclipsis solis accidit, die XXVIIII. circa horam nonam.

a) *deest A* 3. b) in barcham *B* 2. c) germani *A* 1; germa *in fine lineae B* 2. d) irming. *A* 3. e) lodew. *A* 3. f) caelebratis *A* 1. *B* 2; celebratis *corr.* celebrationis *B* 1. g) coronam *B* 2. h) capiti *A* 3. i) pacis *B* 2. k) ubi *A* 3. l) puplicarum *A* 1; pub plicarum *B* 2. m) Karlom. *A* 3. n) multitudinem *B* 2. o) ticinum *B* 3. p) transiit *A* 3. q) sed. qui vocatur *A* 1; nomine sedechia *A* 3. r) acceperit *A* 3. s) videretur *in rasura B* 3. t) siccapalnta *B* 2. u) intolerab. *A* 3. *B* 3. v) portantes *A* 3. w) eius ossa *B* 2. x) suo cessit *A* 1. *B* 1. 2. y) XV. *B* 3.

1) *Non longius quam Paviam processit: unde adventu Karlmanni fugatus cum Iohanne papa Tortonam rediit, ubi Richildis coniux eius imperatrix coronata est. Conf. Dümmler III,* 47—54. 2) *Buwini filio; Dümmler II,* 286 *n.* 1. *At non Caroli auxilio, sed post mortem eius ille Irmingardem vi raptam a.* 877 *uxorem duxit; Dümmler III,* 78. 3) *In vico Brides ad fluvium Arc prope montem Cenisium sito undecimo die, postquam medicinam illam potavit.* 4) *In monasterio Nantua.*

(879). Paucis interiectis diebus[1] Ludowicus[a] rex, filius Caroli[b], qui Balbus appellabatur, eo quod impeditioris et tardioris esset eloquii, ab hac luce subtractus est. Fuit vero iste princeps vir simplex ac mitis, pacis, iustitiae et[c] religionis amator. Habuit autem, cum adhuc iuvenilis aetatis flore polleret, quandam nobilem puellam nomine Ansgard sibi coniugii foedere copulatam[2], ex qua duos liberos suscepit elegantis formae ac ingentis animi virtute prestantes: horum unus Ludowicus[a], alter Carlomannus[d] vocabatur. Sed quia hanc sine genitoris conscientia et voluntatis consensu suis amplexibus sociaverat, ab ipso patre postmodum est ei[e] interdicta et interposito iurisiurandi sacramento ab eius consortio in perpetuum separata. Tradita est autem eidem ab eodem patre[f] Adalheidis[g] in matrimonium, quam gravidam ex se[h] reliquit idem rex[i], cum obiret; quae tempore pariendi[i'] expleto[3] enixa est puerum, cui[k] nomen avi imposuit eumque Carolum[b] vocitari fecit.

879.

Anno dominicae incarnationis DCCCLXXVIIII. Boso, de[l] quo paulo[i'] superius mentionem fecimus, audita morte Ludowici[a] a Provintia egreditur totamque[m] Burgundiam occupare nititur. Denique nonnullos episcopos partim minis partim suasionibus in societatis foedera colligit[4] et Lugdunum[5] ingressus ab Aureliano eiusdem urbis metropolita[n] et aliis pontificibus in regem super prefatum Burgundiae regnum inunguitur[o], pro nihilo[p] ducens adulescentes filios Ludowici[a] et velut degeneres despiciens, eo quod iussu Caroli[b] eorum genitrix spreta atque repudiata fuerit. Quae res illi magis attulit[q] continuum cladium ac periculorum dispendium, quam gloriae et dignitatis emolumentum[r]. Siquidem iam dicti adulescentes[s] Ludowicus[a] et Carlomannus[d] industria ac studio Hugonis abbatis[t·6] et aliorum procerum in regnum sublimati sunt[u] et[i'] eundem Bosonem diebus vitae suae omni instantia sunt persecuti. Nec solum[v] illi[w], verum[x] etiam alii reges Francorum[7] per succedentia tempora adeo

a) lodew. *A* 3. b) Kar. *A* 3. c) *deest A*. d) Karlom. *A* 3; carlonannus *B* 2. e) ei postm. est *B* 2. f) a patre suo *A* 3. g) adalcheidis *A* 1: adelheidis *A* 3; adaltheidis *B* 2. h) exe *B* 2; *desunt A* 3. i) xer *B* 2. i') *deest A* 3. k) nomen a. ei *A* 3. l) cuius *A* 3. m) egressus totam *A* 3. n) metropolitano *A*. o) inungitur *A*. p) nichilo *B* 1. 2. q) optulit illi magis cont. *B* 2. r) evolum. *B* 2. s) adulentes *B* 2. t) et abbatis *A* 1. u) sublimatis *B* 2. v) soli *B* 3. w) ipsi *A* 3. x) verax *A* 1.

1) *A.* 879 *Apr.* 10; *Dümmler III,* 113 *sq.* 2) *Filiam Hardwini comitis a.* 862; *Dümmler II,* 39. 3) *A.* 879 *Sept.* 17; *Dümmler III,* 121 *sq.* 4) *Mantalae (Mantaille) prope Viennam Oct.* 15 *a sex archiepiscopis et septendecim episcopis electus est; Dümmler III,* 122—126. 5) *Lyon; Aurelianus sedit c. a.* 875—895. 6) *Turonensis, de quo cf. supra a.* 867. 7) *Anno* 880 *Carolus Alemanniae rex cum auxiliis fratris Ludowici agnatos suos ad oppugnandum Bosonem adiuvit; Dümmler III,* 144 *sq.*

graviter nomen[a] eius tulerunt atque exosum habuerunt, ut inrecuperabili eius deiectione et mortis exitio non modo principes[b] ac duces, sed etiam eorum[c] satellites sacramentis et execrationibus obligarentur[d]. Fuit autem tam perspicacis ingenii, ut[e], cum a multis, ut dictum est[f], regibus et regnis assidue insectatus sit, a nullo tamen aut capi aut circumveniri aliquando potuerit; tantae moderationis, ut, cum sibi faventes[g] proscriptionibus dampnarentur bonisque omnibus privarentur, numquam insidiis suorum militum fuerit[h] petitus neque[i] fraude proditus, cum utrumque hostes saepe[k] temptassent[l].

Per idem tempus Ludowicus[m], qui Austrasiis[n] imperabat, (880). cognita morte aequivoci[o] sui regnum illus invadere disponit et transvadata Mosa imperii fines occupavit[1]. Cui occurrerunt[p] duo memorati fratres[q] cum valida manu; sed intercurrentibus vicissim legationibus nequaquam pugna committitur, sed pax roboratur. Adulescentes, quippe ut[r] foederatus ab eis recederet Ludowicus[m], portionem[s] regni Lotharii, quam avus paterque tenuerat, ex integro illi concesserunt, addita insuper Atrabatis[t] abbatia sancti Vedasti[2]. Facta itaque pactione datisque sacramentis cum in regnum[u] idem rex reverteretur, repente obviam habuit Nortmannorum[v] innumeram multitudinem iuxta Carbonariam[w] in loco, qui vocatur Thimiun[x.3], cum ingenti preda ad classem repe-
* p. 591. *dantem[y]. Cum quibus absque mora conflixit et[z] Deo[a] propitiante[a] maximam ex[b] eis partem gladio[a] prostravit; reliqui fuga[c] dilapsi in supradictum fiscum regium[d] se communiunt. Ubi Hugo, filius regis ex pelice natus, cum incautius dimicaret[e], graviter vulneratus ab[a] hostibus[a] rapitur et inter adversariorum manus[f] animam reddit. Rex existimans, quod adhuc filius[a] vivus[a] ab inimicis[g] servaretur, exercitum[h] ab impugnationis[i] infestatione[a] iubet cessare[k], ut quocumque pacto illum incolumem recipere[l] posset[a]. Interea nox superveniens[m] regem cum[a] suis[a] redire[n] ad castra compulit. Nortmanni cadavera suorum flammis exurentes noctu diffugiunt[o] et[a] ad classem

a) nomen eius gr. *A* 3; gr. nomen eius *B* 2. b) princeps *A* 1. c) *deest A* 2. d) se obligarent *A* 3. e) tu *B* 2. f) e *B* 2. g) fafentes *B* 2. h) sit *A* 3. i) noque *B* 2. k) sepe *B*. l) certas sen *B* 2. m) lodew. *A* 3. n) qui austr. qui *B* 2. o) equitioti *B* 2. p) cocurrerunt *B* 2. q) fr. memor. *A*. r) qu. agebant ut *A* 3; quicpe tu *B* 2. s) et port. *A* 3. t) attrebatis *A* 3. u) in regnum cum *A* 1. v) normann. *B* 2. w) cabon. *B* 2. x) thimum *A*. *B* 3; thimuin *B* 2. y) repetentem *A* 3. z) confligens *A* 3. a) *deest A* 3. b) eorum *A* 3. c) *deest A* 3; in fugam *B* 2. d) in supradicto fisco regio *A* 3. e) natus c. inc. dim. *desunt A* 3. f) man. adv. *B* 2. g) hostibus *A* 3; imicis *B* 2. h) exercitus *B* 1. 2. i) impugnatione *A* 3. k) cesare *A* 1. l) reciperet *A* 3. m) desuper veniens *B* 2. n) adire *A* 3. o) fugiunt *A* 3; defugiunt *B* 2.

1) *Anno* 879 *et iterum ineunte a.* 880; *Dümmler III,* 117 *sq. et* 130—134. 2) *St. Vaast in urbe Arras; qua in re auctorem errasse Dümmler III,* 132 *n.* 4 *existimat.* 3) *Thiméon prope fluvium Sambre; Dümmler III,* 134 *sq.*

dirigunt[a] gressum[a]. Rex diluculo consurgens, cum filium extinctum reperisset, nimio dolore afficitur; corpus eius in loculo[b] compositum ad Loresheim monasterium imperat deferri ibique tumulari.

880.

(Ann. Prum.). Anno dominicae incarnationis DCCCLXXX. Carlomannus[c] rex paralisi[d] dissolutus diem[e] clausit extremum VII. Non. Apr.[1] sepultusque[f] est[a] cum[a] debito honore in Baioariam[g] in[a] loco, qui dicitur Hodingas[h].[2] Fuit vero[i] iste precellentissimus rex litteris eruditus, christianae[a] religioni deditus, iustus, pacificus et omni morum honestate decoratus; pulchritudo eius[k] corporis insignis, vires quoque in homine[l] admirabiles fuere; nec inferior animi magnitudine[m]. Plurima quippe bella cum[n] patre, pluriora sine patre in regnis Sclavorum[o].[3] gessit semperque victoriae triumphum reportavit[p]; terminos imperii sui ampliando ferro dilatavit; suis mitis, hostibus terribilis apparuit; alloquio blandus, humilitate ornatus, in ordinandis regni negotiis singulari sollertia[q] preditus, prorsus, ut[r] nihil ei deesse regiae maiestatis[s] competens videretur.

Huic ex legitimo matrimonio non est nata soboles propter[t] infecunditatem coniugis, sed ex quadam nobili femina[4] filium elegantissimae[u] speciei[a] suscepit, quem Arnolfum[v] nominari iussit[w] ob recordationem reverentissimi[x] Arnolfi[y], Metensis[z] ecclesiae[a] episcopi, de cuius sancto[b] germine sua aliorumque regum[c] Francorum prosapia[d] pullulaverat; quod[e] non casu accidisse[f], sed quodam presagio portentoque futurorum actitatum[g] videtur. Siquidem ab illo genealogia[h] regum[i] caelitus provisa per intervalla temporum secundis incrementorum successibus coepit exuberare, quousque in magno Carolo summum imperii fastigium non solum Francorum, verum etiam diversarum gentium regnorumque[k] obtineret. Post cuius decessum variante fortuna rerum gloria, quae supra vota fluxerat, eodem, quo[l] accesserat, modo cepit paulatim

a) *deest A* 3. b) loco *B* 2. c) Karlom. *A* 3. d) parabsi *B* 2. e) obiit *A* 3. f) sepultus *A* 3. g) bauuaria *A* 3; baioaria *B* 1. h) huodingas *A*. i) vero — rex *desunt A* 3. k) ei *B* 1. 2. l) homines *A* 1. m) magnitudo *A* 3. n) cum — patre *desunt A* 3. o) slavorum *A* 3. p) semper triumphavit *A* 3. q) solr reltia *B* 2. r) tu *B* 2. s) maiestatis *A*. *B* 3. t) pr. inf. coni. *desunt A* 3. u) elegantissimum *A* 3. v) arnulfum *A* 3. *B* 3. w) vocavit *A* 3; iusti *B* 2. x) sancti *A* 3. y) arnulfi *A* 3. *B* 3. z) mettenthis *B* 2; mettensis *B* 3. a) *deest A* 3. b) sacro *A* 3. c) germanum *B* 2. d) psagio *corr.* psapia *B* 1. e) quod — marcescente *desunt A* 3. f) accidisset *B* 3. g) iacti tantum *B* 2; actitantum *B* 3. h) Siqu. geneanalogia *B* 2. i) regnum *A* 1. *B* 2. 3. k) renorumque *B* 2. l) quomodo acc. *A* 1.

1) *Corruptum pro* XI. Kal. Apr., *quod Ann. Fuld. et Ann. necrol. Prum. (SS. XIII) exhibent; alii tamen et maioris auctoritatis fontes Sept.* 22 *eum mortuum esse testantur. Dümmler III,* 138 *sq.* 2) *Alten-Oetting.* 3) *Bohemorum et Mararensium.* 4) *Nomine Liutswinda; Dümmler III,* 140.

diffluere, donec deficientibus non modo regnis, sed etiam ipsa regia stirpe partim inmatura aetate pereunte partim sterilitate coniugum marcescente hic[a] solus de tam numerosa regum posteritate idoneus inveniretur, qui imperii Francorum sceptra susciperet; quod[b] in subsequentibus[c] suo in loco lucidius apparebit.

Ludowicus[d] comperto, quod frater[e] obiisset[f], Baioariam[g] ingressus[1] Reganasburh[h] venit, ubi omnes optimates regni (879). ad[i] eum confluentes eius ditioni se subdiderunt. Concessit[k] autem idem rex[l] Arnulfo[m] Carantanum, quod ei pater iam[n] pridem[n] concesserat, in quo situm est castrum munitissimum, quod[n] Mosaburh[o] nuncupatur[p·2], eo quod palude inpenetrabili locus vallatus difficillimum adeuntibus prebeat accessum.

881.

* p. 592. *Anno dominicae incarnationis DCCCLXXXI. Carolus[q] de Alamannia[r] egressus Langobardorum fines occupavit ac in paucis diebus totam Italiam in deditionem[s] accepit[3]; et Romam perveniens a presule apostolicae sedis Iohanne et senatu[4] Romanorum favorabiliter exceptus cum magna gloria (Ann. Prum.). imperator creatus est[5].

Per idem tempus Nortmannorum[t] classis Wal[u] fluvium (880). ingressa[n] Niumaga[v·6] palatio regio[w] applicuit ibique castra posuit. Quod factum[n] cum[x] ad notitiam Ludowici[y] perlatum esset[z], absque dilatione cum exercitu venit[7] et munitionem obsidione clausit. Conserto nonnullis diebus certamine non adeo prevaluit, quia palatium[a] ingentis magnitudinis mirique operis hostibus tutissimum prebebat[b] receptaculum[c]. In qua congressione captus est ab[d] adversariis Everhardus[e] Saxo[8], filius Meginardi[f] comitis, et captivus ductus[g]; quem[h] postea mater Evesa magno pretio dato incolumem recepit. Postremo rex accepta pollicitatione, quod, si ab obsidione cessaret, Nortmanni continuo regno eius decederent, cum omnibus copiis recessit. Illo[i] recedente pagani palatium una cum

a) Hic postmodum—inventus est *A* 3. b) quod—apparebit *desunt A* 3. c) sequentibus *A* 1. d) Lod. *A* 3. e) fr. eius *B* 2. f) obisset *A* 3. *B* 3; obeisset *B* 2. g) banuariam *A* 3. h) regenesburh *A* 3. i) ad eum *desunt A*. k) Conces *B* 2. l) *deest B* 3. m) arnolfo *A* 1. n) *deest A* 3. o) mosaburch *B* 2. p) *deest A* 3; nunc cupatur *B* 1. 2. q) Kalolus *A* 3. r) almannia *A* 1. *B* 2. s) inde dictionem *A* 1; in dedicationem *B* 2. t) normann. *B* 3. u) per wal *A* 3. v) niumago *A* 3. w) regis *A* 3. x) ubi *A* 3. y) lod. *A* 3; liudouuiti *B* 2. z) est *A* 3. a) paulatim *A* 1. b) p̄beat *B* 2. c) habitaculum *A* 3. d) *deest B* 2. e) eberh. *A* 1. f) meginhardi *A*; meginnardi *B* 2. g) et capt. d. *desunt A* 3. h) Quae *A* 1; qđ *B* 2. i) Tunc pagani *A* 3.

1) *Iam vivo Karlmanno et ab illo ipso vocatus autumno a.* 879; *Dümmler III,* 120. 2) *I. e.* Moorburg, *hodie Zalavar ad fluvium Zala situm; Dümmler II,* 176. 3) *Iam a.* 879 *regnum Italicum occupaverat; Dümmler III,* 106—112. 4) *I. e. nobilibus.* 5) *In altera expeditione mense Februario a.* 881; *Dümmler III,* 178—184. 6) *Nijmwegen.* 7) *De hac expeditione a.* 880 *facta Dümmler III,* 148 *sq.* 8) *De quo cf. a.* 885 *et* 898.

munitione flammis[a] exurentes navibus ascensis hostia Rheni repetunt.

881. Item[b] eodem anno mense Novembrio[1] duo reges Nortmannorum, Godefridus et Sigifridus[c], cum inestimabili multitudine peditum et equitum consederunt[d] in loco, qui dicitur Haslon[e][2], iuxta Mosam. Et primo quidem impetu finitima loca depopulantes Leodium civitatem, Traiectum[f] castrum, Tungrensem[g] urbem[h][3] incendio[i] cremant; secunda incursione Ribuariorum finibus effusi[k] cedibus, rapinis ac incendiis cuncta devastant, Coloniam Agrippinam[l], Bunnam civitates cum adiacentibus castellis, scilicet Tulpiacum, Iuliacum[m] et Niusa[4], igne comburunt[n]; post haec Aquis palatium, Indam, Malmundarias et[o] Stabulaus[5] monasteria in favillam redigunt.

882.

(Ann. Prum.). Anno dominicae incarnationis DCCCLXXXII. Arduennam[6] percurrentes Prumiam monasterium ingrediuntur[p] ipso
Ian. 6. die epiphaniae Domini, ubi triduo commorantes omnem in circuitu regionem depopulati sunt. In quo loco innumera multitudo[q] peditum ex agris et villis in unum agmen conglobata eos quasi pugnatura[r] adgreditur[s]. Sed Nortmanni cernentes ignobile vulgus non tantum inerme[t], quantum disciplina militari[u] nudatum, super eos cum clamore irruunt tantaque caede prosternunt, ut bruta animalia, non homines[b] mactari viderentur. His itaque[b] patratis, honerati[v] preda ad castra redeunt. Illis discedentibus[w] ignis, qui in diversis habitaculis accensus[x] remanserat, cum nullus esset, qui eum extingueret, monasterium consumpsit.

(Ann. Prum.). Dum[y] haec aguntur, Ludowicus[z] rex morbo gravatus[a]
Ian. 20. apud Franconofurt[b] moritur XIII. Kal. Febr.[c][7] sepultusque[d] est[a] iuxta patrem[e] in Lorasham[f] coenobio. Habuit autem Liutgardem[g] reginam in matrimonium copulatam, ex qua filium unicum suscepit, quem nomine suo Ludowicum[h] appellavit[i]. Sed cum[k], ut[a] premisimus[a], post obitum fratris

a) exur. flamis *B* 2. b) *deest A* 3. c) sigefr. *A* 3. d) consident *A* 3. e) ahslon iusta *B* 2. f) traiectum *B* 2. g) tingr. *B* 2; trungr. *B* 3. h) tr. et tungr. urbes *A* 3. i) bicendio *B* 2. k) *deest A* 1. l) agr. et *A* 3; agripinam *B* 1. m) vilpiacum *B* 2. n) comburitur *B* 3. o) estabulaus *A* 1. p) ingreuntur *B* 2. q) multitudine *B* 2. r) pugna *B* 2. s) aggr. *A*. t) inorme *A* 1. *B*. u) *deest B* 2. v) onerati *A* 3. w) discendentibus *A* 1. x) accessus *A* 1. y) Cum *A* 1. *B* 1. z) lod. *A* 3. a) *deest A* 3. b) franconevord *A* 3. c) sept. (seb *pro* feb) *codices*. d) sepultus *A* 3. e) in lor. l. patr. *B* 2. f) lorasheim *A* 3; lorosam *B* 2. g) liutgardam *A* 1; liugardem *B* 2; Habuit ex liutgarde filium un. nom. lod. *A* 3. h) lod. *A* 3; liudovicum *B* 2. i) apellavit *B* 1; appielavit *B* 2. k) *deest B* 2.

1) *Cf. Dümmler III,* 157 *sq.* 2) *Elsloo infra urbem Maastricht situm.* 3) *Lüttich, Maastricht, Tongern.* 4) *Bonn, Zülpich, Iülich, Neuss. P.* 5) *Cornelimünster, Malmédy, Stablo.* 6) *Eos scilicet montes, qui hodie* Eifel *appellantur, tunc autem pars Ardennici saltus putabantur.* 7) *Ita correxi contra codicum auctoritatem, cum noster paulo infra* audita morte regis *Normannos* Trevirorum nob. civitatem Gall. Nonas Apr. *vastantes faciat; cf. Dümmler III,* 164.

ad optinendum[a] regnum eius[b] Baioariam[c] intrasset[d] et[b] Reganas- (879).
burh[e] moraretur[1], idem puerulus de fenestra[f] palacii[g] cecidit
et confractis[h] cervicibus statim[b] expiravit; quae non tantum
inmatura quam[i] inhonesta mors non solum regi et reginae,
p. 593. verum[k] etiam *omni domo[l] regiae maximum luctum ingessit.

Nortmanni audita morte regis nimio exultant[m] tripudio et iam non de conflictu, sed de preda cogitant[2]. Igitur cum omnibus viribus a munitione[n] exiliunt[o] et Trevirorum[p] nobi- (Ann. Prum.?).
lissimam civitatem Galliarum Nonas Apr. die sacratissimae Apr. 5.
cenae Domini occupant. In qua usque sancto die[q] paschae[r] fessa ab itinere corpora recreantes omne territorium[s] urbis circumquaque[b] usque[b] ad solum demoliti sunt; deinde civitatem flammis[b] exurentes Mediomatrico dirigunt aciem. Quod cum comperisset[t] eiusdem[b] urbis antistes[u], adiuncto sibi Bertulfo[v] episcopo et Adalardo[w] comite[3] ultro[b] illis obviam ad pugnam[x] procedit. Inito certamine Nortmanni victores extiterunt[y]. Isdem[z] Wala[a] episcopus in prelio cecidit, (Apr. 10).
ceteri fugerunt. Pagani iter[b], quod ceperant, deserentes cum ingenti preda summa celeritate[c] ad classem revertuntur.

Ea tempestate Carolus[d] imperator in Italia morabatur, ubi diversis legationibus Germaniae ac Galliae pulsatur, ut ad suscipienda regna sibi hereditario iure competentia[e] festinaret et periclitanti imperio succurreret, quod capite amisso ludibrio hostibus erat. Qui nihil tardatus[f] cum omnibus copiis in Franciam venit et cum Langobardis[g], Baioariis[h], Alamannis[i], Thuringis, Saxonibus, Fresonibus et[k] omnibus regnis suae[l] ditioni subditis Nortmannos[m] in supradicto loco[4] Iul.
obsidere exorsus[n] est; sed conatus eius parum effectum obtinuit[o], quamquam, ut[p] diximus[p], ex diversis regnis et gentibus inestimabilis multitudo in unum confluxisset[q], indignatione caelesti super populum christianam[r] religionem profanantem deseviente. Novissime* Godefridus[s] rex[t] Nortmannorum[u] ea

*) Sigefredus et *add. man. s. XII. in cod. B* 2*i*.

a) obtin. *A*. b) *deest A* 3. c) bauuariae *A* 3. d) *deest A* 3; ingressus *B* 2. e) regenesburh *A* 3; regnasburh *B* 1; reganesburuht *B* 2. f) festra *B* 2. g) *deest B* 2. h) fractis *A* 3. i) sed *B* 2. k) sed *A* 3; ve *B* 2. l) domni *A* 3. m) exultabant *B* 2. n) c. omni amonitione *B* 2. o) exibunt *B* 1. 2. p) treverim *A* 3. q) in sanctum diem *A* 3. r) pascae *B*. s) tentorium *B* 2. t) Quo comperto *A* 3; reperisset *B* 2. u) episcopus *A*; antestis *B* 2. v) bertolfo *A*. w) adalhardo *A*; adalrado *B* 1; adelardo *B* 3. x) bellum *A* 3. y) vicerunt *A* 3; extisterunt *B* 2. z) *deest A* 3; Hisdem *B* 3. a) uualla *B* 2. b) Paganiter *B* 2. c) c. ing. cel. preda onerati *A* 3. d) Kar. *A* 3. e) compemtentia *B* 2. f) moratus *A* 3. g) longob. *B* 2. h) bauuariis *A* 3; bauariis *B* 1. i) alom. *B* 2; alem. *B* 3. k) et—subditis *desunt A* 3; et cum *B* 3. l) regni sui *B* 1. m) nordm. *B* 2. n) exhorsus *B* 1. 3. o) parum profecit *A* 3. p) *deest A* 3. q) confluxit sed *B* 2. r) christi *A* 3. s) godofr. *B* 2. 3. t) rex god. *B* 2. u) norm. *A* 3.

1) *A.* 879; *cf. supra a.* 880 *et Dümmler III,* 120. 2) *Conf. Dümmler III,* 161 *sq.* 3) *Wala episcopus Mettensis* (876—882) *cum Bertulfo archiepiscopo Treverensi* (870—883) *et Adalhardo comite Mettensi; pugna ad vicum Remich prope Mosellam fluvium commissa est.* 4) *Haslon; de hac expeditione Dümmler III,* 198—203.

conditione christianum se fieri pollicetur, si ei[a] munere[b] regis Fresia provincia[c] concederetur, et Gisla filia Lotharii in uxorem daretur[1]. Quae[d], ut[e] optavit[e], adeptus baptizatus est[f] et ex sacro[g] fonte ab imperatore[h] susceptus[i]. Sigifrido[k] et reliquis Nortmannis[l] inmensum pondus auri et[m] argenti expositum est, et tali tenore fines regni excedunt.

883.

(Ann. Prum.). (882). Anno dominicae incarnationis DCCCLXXXIII.[n] Ludowicus[o] rex[p] frater Carlomanni moritur[2] apud sanctum Dionisium ibique honorabiliter tumulatur, quem omnes Galliarum populi nimio planctu[q] lamentati sunt. Fuit enim vir virtutis regnumque sibi[c] subditum[c] a paganorum infestatione potenter viriliterque[r] defendit. Inter cetera, quae strenue gessit, illud precipue prelium commendatur, quod adversum Nortmannos[s] (881). in loco, qui vocatur Sodaltcurt[t][3], summis viribus exercuit[u]; in quo certamine[v], ut ferunt, plusquam octo[w] milia adversariorum[x] gladio[c] prostravit. Carlomannus[y] frater regnum illius optinuit.

(Ann. Prum.). Febr. 10. Eodem tempore Bertulfus[z] Trevirorum[a] episcopus migravit ad Dominum IIII.[b] Idus Februar., cui successit in[c] pontificali cathedra per electionem cleri et totius plebis Ratbodus[d] reverentissimus[e] antistes VI. Idus Aprilis. His etiam diebus Ruotbertus[f] presul ab eodem archiepiscopo[g] Ratbodo Apr. 8. Apr. 22. in Metensi[h] ecclesia consecratur X. Kal. Mai.

Circa haec tempora Hugo filius Lotharii[1.4] in spem recuperandi paterni regni ab aliquibus discordiarum ac litium sectatoribus[k] introducitur; omnesque, qui iusticiam et pacem execrabantur, ad eum confluxerunt, ita ut in paucis diebus innumera multitudo predonum eius dominationi se submiserit. Inter quos etiam nonnulli ex primo*ribus regni vana spe seducti manibus datis accedunt[l], videlicet Stephanus[m.5], Ruot- * p. 594

a) en *B* 2. b) ab imperatore *A* 3. c) *deest A* 3. d) Haec *A* 3. e) opta venit *A* 1. *B* 2; *deest A* 3. f) baptizatur *A* 3. g) exacro *B* 2. h) imperare *B* 2. i) suscipitur *A* 3. k) sigefr. *A* 3. l) norm. *B* 2. m) atque *B* 1. 3. n) DCCCLXXXVIII *A* 1. o) Lod. *A* 3; Lid. *B* 2. p) rex fr. Carl. *desunt A* 3. q) plantu *B*. r) *deest A* 3; viliterque *B* 2. s) cum nortmannis *A* 3. t) sodalcurt *A* 3. u) execuit *B* 2. v) ubi *A* 3. w) coto *B* 2. x) *deest A* 3; hominum *B* 2. y) Karl. *A* 3. z) bertolfus *A* 3; bertuluus *B* 2. a) treverensis *A* 3; tervirorum *B* 2. b) *deest B* 3. c) in—plebis *desunt A* 3. d) radbodus *B* 1; rabbodus *B* 2. e) renene tissimus antites *B* 2. f) rotbertus *A* 3. *B* 3; rohtbertus *B* 1; rutbertus *B* 2. g) episcopo *B* 2. 3. h) mettensi *B* 3. i) luth. *B* 2. k) scetat. *B* 2. l) accendunt *B* 2. m) stephenus *B* 2.

1) *Gisla filia Lotharii et Waldradae a.* 883 *demum Godefrido nupsit; Dümmler III,* 203 *n.* 2) *A.* 882 *Aug.* 5; *Dümmler III,* 204 *sq. Ad a.* 883 *etiam Ann. Prum. (SS. XV) adnotant:* Hludowicus rex. 3) *Saucourt* 881 *Aug.* 3; *Dümmler III,* 153—156. 4) *Qui, cum ex Waldrada concubitu non legitimo genitus esset, patri non successerat; cf. supra a.* 869. *Iam a.* 878 *propter latrocinia continua excommunicatus est; Dümmler III,* 86. 5) Frater Walonis, *a.* 901 *occisus; v. infra a.* 896 *et* 901.

bertus[a], Wicbertus, Thietbaldus[b.1] comites, Albricus[2] et frater eius[c] Stephanus; tantaque rapina et violentia ab his in regno fit, ut inter[d] horum et Nortmannorum malitiam nil differret, preter quod a cedibus et incendiis abstinerent. Sic sic[e] Deus[f] omnipotens[e] iratus regno Lotharii[g] adversabatur et talibus incrementorum cladibus vires eiusdem regni radicitus exterminabat, ut prophetia sanctissimi Nicholai[h] papae simul[e] et[i] maledictum, quod super eundem[k] regnum protulerat, adimpleretur[1.3].

Hoc etiam tempore idem Hugo Wicbertum comitem[m], qui[n] ab ineunte aetate sibi faverat, interfecit[o]; paucis dehinc interpositis diebus Bernarium, nobilem virum sibique[p] fidelissimum, dolo trucidari iussit[q], pulchritudine[r] illius[s] captus uxoris, quam absque momento sibi[t] in matrimonium iungit[4]. Vocabatur autem mulier Friderada[u]. Quae, antequam Bernario sociaretur, copulata fuerat Engilramno[v] potenti viro[5]; ex quo filiam peperit, quam postmodum Richwinus[w] comes[6] in coniugium[x] accepit, quam etiam[e] propter stuprum commissum idem comes[e] decollari iussit.

884.

Anno dominicae incarnationis DCCCLXXXIIII. Nortmanni, qui ab Haslon recesserant, Somnam fluvium intrant ibique consederunt[y]. Quorum creberrimas[z] incursiones cum Carlomannus sustinere non posset, pecuniam pollicetur, si a regno eius recederent[a.7]. Mox avidae gentis[b] animi ad optinendam pecuniam exardescunt[c] et[d] XII milia pondera argenti puri[d] atque[d] probati exigunt totidemque[e] annis pacem promittunt. Accepta tam ingenti pecunia funes a litore solvunt, naves conscendunt et marina litora repetunt.

Interea Carlomannus[f] venatum[g] perrexit, ubi ab[h] apro graviter vulneratus post modicum vitam cum regno amisit[8]; (Dec. 12). sepultusque[i] est apud sanctum Dionisium. Aiunt autem qui-

a) ruodpertus *A* 1; rotbertus *B*. b) thiebaldus *(A) A* 3; thiebadus *A* 1; tietbaldus *(B) B* 1. 3; tiebaldus *B* 2. c) *deest A* 1. d) in *B* 2. e) *deest A* 3. f) omn. deus *B* 2. g) luth. *B* 2. h) nicolai *A*. *B* 2. i) etiam *B* 2. k) idem *A* 3. l) adimpletur *B* 2. m) comitem — faverat *desunt B* 2. n) qui — virum *desunt A* 3. o) interimit *B* 2. p) sibi *A* 3. q) iusti *B* 2. r) pluchr. *B* 2. s) ipsius *A* 3. t) *deest B* 2. u) frideradat *A* 1. v) engelgrammo *A* 3; engilranno *B*. w) richuuuinus *B*. x) matrimonium *A* 3. y) considerunt *A* 1. z) crebrinas *B* 2. a) Karl. Nortm. ab H. per S. fl. ingressos pecuniis temptat, inc. non sustinens *A* 3. b) mentis *B* 1. c) animi inardescunt *A* 3. d) *deest A* 3. e) totidem ann. p. prom. et mar. lit. rep. *A* 3. f) Int. rex in venatu ab apro vuln. in brevi moritur *A* 3. g) venatu *A* 1. h) *deest A* 1. i) sepultus *A* 3.

1) *Hugberti abbatis a.* 864 *occisi filius, qui Hugonis sororem Bertham in matrimonio habuit; Dümmler III,* 130. 2) *A.* 896 *a Stephano interfectus; v. infra.* 3) *Cf. supra a.* 866 *p.* 89. 4) *Quae quando facta sint, non constat.* 5) *Comiti Flandriae et camerario Karoli Calvi regis; cf. Dümmler II,* 112 *et* 392. 6) *Fortasse idem, qui a.* 913 *iniuria episcopatum Strassburgensem arrogavit; Dümmler III,* 593. 7) *Dümmler III,* 228—230. 8) *A.* 884 *Dec.* 12; *Dümmler III,* 232.

dam[a], quod[b] a quodam suo satellite[1] inprovide arma ferenti vulneratus fuerit et, quia non sponte, sed invitus hoc facinus[c] commiserat, idcirco a[d] rege celatum sit, ne innoxius morti traderetur.

(885). Nortmanni[e] cognita morte regis protinus in regnum revertuntur. Itaque Hugo abba et ceteri proceres legatos ad eos dirigunt, promissionem et fidem datam violatam esse proclamant. Ad[f] haec[f] illi respondent, se cum[g] Carlomanno rege, non cum alio aliquo foedus pepigisse; quisquis[h] ille esset, qui ei in regnum[i] succederet[k], eiusdem numeri et quantitatis pecuniam daret, si quiete ac pacifice imperium tenere vellet[l]. Territi huiuscemodi[f] mandatis[f] optimates[m] regni ad Carolum imperatorem missos dirigunt eumque ultro
(Iun.). in regnum invitant; eique[f] advenienti ad Gundolfi[n] villam[2] obviam[f] procedunt[f] et[f] manibus sacramentisque iuxta[f] morem[f] datis[o] eius ditioni se subiciunt.

Eodem[f] anno[f] Nortmanni, qui in Chinheim[3] ex Deni-
(883). marca[p] venerant, adsentiente Godefrido Rhenum[q] navigio[f] ascendunt et[r] Diusburh[s] oppido[t] occupato munitionem in eodem loco more solito construunt et in eo tota hieme[u] re-
884. sident. Contra quos Heinricus dux[4] castra posuit[v] et nullatenus predas agere permisit. Redeunte vernali temperie[w] castris[x] exustis maritimis locis se recipiunt.

His[y] etiam diebus[5] Nortmanni a Somna exeunt et rursus in regno Lotharii revertentes in loco, qui dicitur Lovon[6], castrametati sunt in confinio eiusdem regni et continuis[z] incursionum infestationibus utraque regna fatigant. Ad[a] quorum
(885). malitiam compescendam imperator semel et iterum[7] exercitum misit, sed nihil dignum memoriae adversus[b] tantam violentorum rapacitatem[c] actum est.

a) *deest A.* b) ab invito sat. suo vulneratum rem celasse, ne inn. puniretur *A* 3. c) fatimis *B* 2. d) ad *B* 1. 2. e) Nortm. prot. redeunt; H. abba et cet. pr. per leg. fidem viol. procl. *A* 3. f) *deest A* 3. g) cum solo Karl. foedus pep. *A* 3. h) tantumdem pecuniarum a successore poscunt *A* 3. i) in r. ei *B* 2. k) succederent *A* 1. l) vellent *A* 1. m) imperatorem ultro invitant *A* 3. n) gundolfu *A* 1; gundulfi *B* 1. 3. o) dati *A* 1. *B* 2; dati *corr.* datis *B* 1. p) denemarca *B* 2. q) rhen *B* 2; yhen *B* 3. r) in diusburh per hiemem resident *A* 3. s) diusbuchurc *B* 2. t) opido *B.* u) iheme *B* 2. v) ponens pr. ag. non perm. *A* 3. w) tempore *A* 3. *B* 3. x) castra exurunt *A* 3. y) Nortm. a S. regressi in regnum Lothariense in Lovon castrum utr. regna infestant *A* 3. z) cont. eiusdem regni infest. *B* 2. a) ad qu. mal. comp. *desunt A* 3. b) contra eos actum est *A* 3. c) *deest B* 2.

1) *Nomine Bertoldo.* 2) *Gondreville prope Toul; Dümmler III,* 234. 3) *Kinem sive Kenemerland ea Hollandiae pars appellabatur, quae a.* 882 *Godefrido permissa erat; Dümmler III,* 222. 4) *Comes Franciae, qui exercitum Austrasiorum duxit; cf. infra* 885 *et* 887. 5) *Scilicet cum Karlmannus reditum eorum argento emisset, autumno a.* 884; *Dümmler III,* 232 *sq. Eadem iterum narrantur a.* 886. 6) *Loewen.* 7) *Una tantum expeditio nota est a.* 885 *facta; cf. Dümmler III,* 236 *n.* 2.

885.

p. 595. *Anno dominicae incarnationis DCCCLXXXV.[a] Hugo[1] rebellare[b] disponens contra imperatorem legatos ad Godefridum in[c] Fresia[c] occulte dirigit[d], eo quod illi esset adfinitate coniunctus propter sororem, quam in coniugium acceperat, hortaturque, ut in patriam mitteret et auxiliorum[e] validam manum undique[f] contraheret et[g] cum omnibus viribus sibi opem ferret, quatinus regnum paternum evindicare[h] armis potuisset[i]; et[k] si id eius industria virtutisque suffragio prosperitatis effectum optineret, medietatem ipsius regni[c] pro munere pollicetur. His[l] suasionum promissionibus Godefridus veluti veneno infectus occasionis[m] fomitem inquirit, qualiter acsi iusta ratione[n] a fidelitate imperatoris se subducere prevaleret. Statimque[o] Gerulfum[p] et Gardulfum, comites Fresonum, legatos[q] ad cesarem dirigit[r] mandatque[s], si vellet, ut[t] in[u] ea, quam pollicitus fuerat, fidelitate perseveraret finesque regni sibi commissos ab incursione propriae gentis defensaret, Confluentes, Andrenacum, Sincicha[v.2] et nonnullos[w] alios[c] fiscos obsequiis imperialibus deditos[x] sibi[y] largiretur propter vini affluentiam[z], quae[a] in his locis exuberabat[b], eo quod terra, quae[c] munificentia principis possidenda[d] perceperat, minime vini ferax esset. Agebat[e] autem hoc ea animi intentione, ut, si petita sibi[f] largirentur, suos in visceribus regni inmisceri[g] posset et varios eventus speculari[h]; si autem et[i] denegarentur[k], nihilominus[l] offensus in sibi prohibitis[m] quasi iusticia dictante rationabilius desevire[n] posset rebellionisque[o] causas[p] suscipere.

Quorum[q] callida machinamenta et factionum[r] conspirationes cum persensisset[s] imperator, cum Heinrico viro prudentissimo altiori[t] consilio pertractat, quod[u] ingenio hostem, quem in regni extremitatibus introduxerat, extinguere posset[v]; et[w] sciens esse[x] loca inaccessibilia exercitui propter diversarum aquarum innumeros decursus[y] et inpenetrabiles paludes, magis id arte quam virtute[z] experiri[a] statuit. Legatos igitur[b]

a) DCCCLXXV. *A* 1. b) repellare *A* 1; rebell. — legatos *desunt A* 3. c) *deest A* 3. d) mittens hortatur in patr. mittere, auxilia contrahere *A* 3. e) auxiorum *B* 2. f) hundique contraeret *B* 2. g) et — potuisset *desunt A* 3. h) uindicare *corr.* uendicare *B* 3. i) posset *B* 2. k) et si eius ind. regnum paternum evindicaret *A* 3. l) Quo veluti ven. *A* 3. m) occ. — Statimque *desunt A* 3. n) iuxta rationem *B* 2. o) misit *A* 3. p) gerolfum et gardolfum *A* 1. *B* 2. q) leg. ad ces. dir. *desunt A* 3. r) dirigi *A* 1. *B* 2. s) mandans imperatori *A* 3; mandataque *B* 2. t) tum ea *B* 2. u) in eius fid. *A* 3. v) et sinc. *A* 1. w) nullos *A* 1. x) regios fiscos *A* 3. y) sibique *B* 2. z) copiam *A* 3. a) qua *A* 1; cuius fresia ferax non esset *A* 3. b) exsub. *A* 1; erat *B* 2. c) que *corr.* quam *B* 1; quę ex *B* 2. d) possidendam *B* 1. 2. e) intendens, ut suos *A* 3. f) *deest A*. g) immiscere *A* 3. h) speculare *A* 1. i) ei *B* 3. k) neg. *A* 3. l) nih. — posset *desunt A* 3. m) prohibitus *A* 1. n) deservire *B* 2. o) iustas rebellionis c. susciperet *A* 3. p) causa *B* 2. q) Quod sentiens imperator *A* 3. r) factionem *A* 1. s) pervenisset *B* 2. t) *deest A* 3. u) quo *A* 3; quod *corr.* quo *B* 3. v) hostem extinguat *A* 3. w) et — statuit *desunt A* 3. x) *deest B* 2. y) decursos *A* 1. z) quam ex virtute *B* 2. a) experire *A* 3. b) *deest A* 3.

1) *Lotharii filius. Dümmler III,* 237—241. 2) *Sinzig paulo infra Andernach ad fluvium Ahr situm.*

responso[a] suspensos absolvit[b] et[b] ad Godefridum[c] redire[d] permisit, asserens per suos missos de[e] omnibus legationum[f] suarum causis ea responsa redditurum[g], quae sibi et eidem Godefrido essent decentia[h], tantum ut in cepta[i] fidelitate perseveraret. Post[k] haec Heinricum ad eundem virum mittit et, ut fraus, quae struebatur[l], occultaretur, cum eo[m] Willibertum venerabilem[b] episcopum Coloniae Agrippinae[b]. Qui[n.1] suis satellitibus[o] secreto imperat, ut per Saxoniam properantes[b] non agmine facto, sed sparsim[p] sibi occurrerent loco et die, quo eis[q] condicit[r]; ipse[b] cum perpaucis[s] Coloniam venit[b] et[t] assumpto secum[u] prefato episcopo mox in Batuam[v.2] proficiscitur.

Godefridus[w] audito eorum adventu illis obviam procedit ad locum, qui dicitur Herispich[x.3], in[y] quo Rheni fluenta et Wal uno se alveo resolvunt et ab invicem longius recedentes Batuam provinciam[b] suo[b] gurgite[b] cingunt. Hanc[z] insulam ingredientes episcopus et comes multa a[a] Godefrido[a] audiunt, multa ex parte imperatoris respondent, dies[b] ad occasum vergitur, soluto colloquio insula excedunt, hospicia repetunt in crastinum reversuri. Heinricus episcopum hortatur[c], ut die subsequenti Gislam uxorem Godefridi extra insulam evocaret eamque[a] ad pacis studium provocare satageret[a], interim[d] ipse cum Godefrido causam Everhardi[e] comitis[4] agitaret[f], cuius rerum possessio ab eo violenter diripiebatur. Deinde[g] persuadet eidem Everhardo[h], ut de iniusticia, quam patiebatur, in medio adsurgens[i] se[a] proclamaret et[k], cum a ferocis et barbarae[l] gentis homine durius et contumeliosius[m] verbum sibi esset prolatum, absque mora evaginato gladio eum summo annisu in capite percuteret, antequam a terra elevari posset[n]. Quid plura? Ab[o] Everhardo[p] primo percus*sus et a[q] satellitibus Heinrici confossus Godefridus[a] moritur omnesque Nortmanni, qui in Batua reperti[a] sunt[r], trucidantur. * p. 596.

a) responsis absolvit *B* 3. b) *deest A* 3. c) gofredum *B* 2. d) remittit asserens *A* 3. e) de—ea *desunt A* 3. f) legatio causis suarum *B* 2. g) rediturum *A* 1; raediturum *B* 2; reddere sibi et god. dec. *A* 3. h) decontia *A* 1. *B* 1. 2. i) in incepta *A* 3. k) Post—et *desunt A* 3. l) straebatur *A* 1. *B* 1. 2. m) co *A* 1; heinrico *A* 3. n) Heinricus satell. clam imperans *A* 3. o) satellibus *B* 1; saltellit. *B* 2. p) sparsim et quo die et loco sibi occ. *A* 3. q) quos ei *A* 1; *desunt A* 3. r) concidit *A* 1. *B* 1. 2; *deest A* 3; condicit *corr.* condixit *B* 3. s) paucis *A* 3. t) inde cum archiepiscopo batuam adiit *A* 3. u) *deest B* 2. v) bacuam *B* 2. w) God. in herispich occurrit *A* 3. x) herispihc *B* 2. y) ubi rhenus et uual *A* 3. z) Ingressi episc. *A* 3. a) *deest A* 3. b) dies—excedunt *desunt A* 3. c) hort. gislam coniugem god. e. i. evocare *A* 3. d) ipse de causa *A* 3. e) euuardi *A* 1. *B* 1. 2; euehardi *B* 3. f) acturus, cuius possessiones diripiebantur a godefrido *A* 3. g) suasit ut *A* 3. h) euehardo *B* 2. 3; eueardo *corr.* euerardo *B* 1. i) surgens *A* 3. k) illoque contumeliose utpote barbaro . . . summo annisu *A* 3. l) barbere *B* 1. 2. m) incontumeliosius *A* 1. n) possit *A* 1; potuisset *A* 3. o) Ab e. primo *desunt A* 3. p) euehado *corr.* euerhardo *B* 1; euehardo *B* 2. 3. q) a sat. heinr. *desunt A* 3. r) erant *A* 3.

1) *I. e. Heinricus. P.* 2) *I. e. Batavorum insulam.* 3) *Prope vicum Rindern; A. Dederich, 'Gesch. d. Römer u. d. Deutschen am Niederrhein' (Emmerich* 1854*),* 215—220. 4) *De quo cf. a.* 881 *et* 898.

Non[a] multis post interpositis diebus Hugo eiusdem Heinrici consilio ad Gundulfi[b] villam[c] promissionibus adtractus dolo[d] capitur; et iussu[e] imperatoris ab eodem[f] Heinrico ei[f] oculi eruuntur omnesque[g] faventes dehonestantur. Post[h] haec in Alamannia in monasterio sancti Galli mittitur[f], inde postea[f] in patriam revocatur; novissime temporibus[f] Zuendibolchi[i] regis in Prumia[k] monasterio[f] manu[f] mea[f] adtonsus est[l. 1]; — eram enim tunc temporis in eodem loco dominici ovilis, quamvis non idoneus, tamen custos; — ubi non post multos[m] annos moritur et sepelitur.

886.

Anno dominicae incarnationis DCCCLXXXVI. Nortmanni[n. 2] a Somna fluvio exeunt et rursus in regno Lotharii revertentes[o] in loco, qui dicitur Lovon, castra sedesque statuunt, scilicet in confinio utriusque regni, et continuis incursionum infestacionibus utraque regna fatigant. Ad quorum ingenitam maliciam conpescendam imperator semel et iterum exercitum misit, sed nihil dignum adversus tantam violentorum[p] rapacitatem[q] actum est.

Eodem anno Ansbaldus abba Prumiensis coenobii[r], summae sanctitatis ac religionis vir, ad caelestem patriam transiit[s] IIII. Idus Iulii, cui[t] successit in regiminis loco Farabertus venerabilis pater VIII. Idus Augusti. (Ann. Prum.). Iul. 12. Aug. 6.

887.

Anno dominicae incarnationis DCCCLXXXVII. Nortmanni[u] a Lovon recedentes Sequanam ingrediuntur et Parisius applicantes castra ponunt et civitatem obsidione[v] claudunt[3]; contra quos imperator Heinricum[w] ducem cum exercitu vernali tempore dirigit, sed minime prevaluit. Erant enim, ut ferunt[x], XXX et eo amplius adversariorum milia, omnes pene robusti bellatores. (885). (886). (Mart.).

Denuo aestivo tempore, antequam segetes in manipulis[y] redigerentur, idem Heinricus cum exercitibus utriusque regni Parisius[z] venit et circumstantibus legionibus ipse cum per-

p. 596.

a) Hugoni quoque ad g. v. prom. attracto *A* 3. b) gandolfi *A* 1; gundolfi *A* 3. c) villa *A* 3. d) dolo — imper. *desunt A* 3. e) nisu *A* 1. f) *deest A* 3. g) omnes *A* 3. h) Missus in mon. *A* 3. i) zeindibachi *A* 1; sub zuendibolcho rege *A* 3; zuendibochi *B* 1. 2; zuentibochi *B* 3. k) brumia *A* 3. l) est — annos *desunt A* 3. m) *deest B* 2. n) Nortmanni — Eodem anno *desunt A* 3; Normanni *B* 2. o) reuentes *B* 2. p) *deest A* 1. q) rapa civitatem *B* 1. r) coen. — patriam *desunt A* 3. s) migravit *A* 3. t) farabertus successit *A* 3. u) *Ea, quae sequuntur, in codice A* 3 *nimis in angustum coacta et amputata leguntur, quam ut omnes mutationes eius porro exhiberi possint.* v) obseditione *A* 1. w) henricum *A* 1. x) fuerunt *A* 1. *B* 2. y) manipulos *A* 1. z) parius *A* 1. *B* 2; parius *corr.* parisius *B* 1; *deest A* 3.

1) *Igitur inter a.* 895 *et* 899. 2) *Temere hoc loco eadem repetuntur, quae rectius iam ad a.* 884 *narrata sunt.* 3) *De hac obsidione mense Novembri a.* 885 *incepta et Heinrici expeditionibus ad urbem liberandam vere et aestate a.* 886 *factis vide Dümmler III,* 259—269.

paucis propius accedens munitionem circuit, situm loci contemplatur aditumque perquirit[a], quo exercitui cum[b] hostibus minus periculosus pateret congressus. Porro Nortmanni[c] audientes adpropinquare exercitum foderant foveas latitudinis unius pedis et profunditatis trium in circuitu castrorum easque quisquiliis et stipula operuerant, semitas tantum discursui necessarias intactas reservantes; pauci igitur latrunculi, qui latitabant in concavis viarum itineribus, videntes Heinricum adpropinquare cito surgunt a locis, in quibus delituerant, provocantque virum[d] telis et voce[e] lacessunt. Ille animi magnitudine indignitatem rei non ferens super eos irruit, et mox in caecis[f] foveis equus[g], cui insidebat, inpegit[h] et cum ipso in terram corruit; hostes summa cum festinatione[i] advolantes, antequam a loco elevaretur[k], eum terrae confodiunt
(Aug. 28). et aspiciente universo exercitu absque mora trucidant, arma auferunt et spolia ex parte diripiunt. Agminibus autem impetum facientibus vix cadaver exanime eruitur et a suis usque Suessionis[1] deportatum in basilica sancti Medardi sepelitur*. Exercitus amisso duce ad propria revertitur.

(886). *Eodem tempore Hugo abba[1], magnae potestatis vir et[m] * p. 597.
(Mai. 12). magnae[n] prudentiae, Aurelianis moritur[2] et apud sanctum Germanum Autisiodoro[o] tumulatur. Ducatus, quem[p] tenuerat et strenue rexerat, Odoni[q] filio Rotberti[r] ab imperatore traditur, qui ea[s] tempestate Parisiorum comes erat et cum Gozlino[t] eiusdem urbis episcopo contra Nortmannorum[u] assi-

*) *Codex B* 2[a] *hic adnotat:* cuius epitaphium in fine huius libri invenies ad hoc signum ☧; *et in folio* 131[b]:

☧ Heinrici magni Francorum germinis alti
hic recubat corpus: sit sibi vera salus.
Saxonibus, Francis, Fresonibus ille triarchos
prefuit, hinc trino stemmate fretus ovet.
Consiliis cuius res publica crevit et armis
pendula forte prius: idque repende, Deus.
Hostes si minuit, si se tulit obice nostros:
insigni palma hoc, pie Christe, nota.
Tu reddis longum pro te morientibus aevum:
huic pro te strato, rex, bona redde polo.
Martyrii testis sonipes perfossus et arma,
vir quoque traiectus: esto corona Deus.
Ecce hoc iusticium prelambens signa leonis
te tetigit virgo: laus in utroque Deo.
Dic aliquid, lector, copulans suspiria votis,
plange viri casum, quin magis immo virum.

a) percurrit *B* 1. b) cum host. *desunt A.* c) norm. *corr.* nordm. *B* 1. d) *deest B* 3. e) voces *A* 1. f) cętis *B* 2. g) aequis *A* 1. h) inpepigit *A* 1. i) fest. adv. ant. *desunt B* 2. k) elevarentur *A* 1. l) sessionis *A* 1. m) virę *A* 1. n) magne magne *B* 2. o) autisioduro *B* 2. p) Ducatusque *A* 1. q) adoni *B* 2; odini *B* 3. r) Ruotberti *A* 1; rodberti *A* 3. s) quieta *B* 2. t) gozzilino *A* 1; gocelino *A* 3. u) norm. *B* 1.

1) *Conf. supra a.* 867. 2) *A.* 886 *Mai.* 12; *Dümmler III,* 267.

duam inpugnationem civitatem totis viribus tuebatur. His etiam diebus predictus Gozlinus episcopus inter ipsas ob- (Apr. 16).
sidionum pressuras migravit a seculo[1], in cuius loco[a] substitutus est ab imperatore Haschiricus[b] episcopus.

Post haec imperator Galliarum populos perlustrans (Oct.).
Parisius cum inmenso exercitu venit[2] ibique adversus hostes castra posuit, sed nil[c] dignum imperatoriae[d] maiestati in eodem loco gessit[e]. Ad extremum concessis[f] terris et regionibus, (Nov.).
quae ultra Sequanam erant[3], Nortmannis ad depredandum, eo quod incolae illarum sibi obtemperare[g] nollent, recessit et recto itinere in Alamanniam perrexit.

Et primo quidem Liudwardum[h] episcopum Vercellensem[i], 887.
virum sibi percarum et in[k] administrandis[l] publicis utilitatibus unicum consiliarium, obiecto[m] adulterii crimine, eo quod reginae secretis familiarius, quam oportebat, inmisceretur, a (Iun.).
suo latere[n] cum dedecore[o] repulit[4]. Deinde paucis interpositis diebus coniugem Richgardem[p] — sic enim augusta vocabatur — pro eadem re in contionem vocat et, mirum dictu, publice protestatur numquam se carnali coitu cum ea miscuisse, cum plus quam decennio[5] legitimi matrimonii foedere eius consortio esset sociata. Illa econtra[q] non solum ab eius, sed etiam ab omni virili commixtione se inmunem esse profitetur ac de virginitatis integritate gloriatur, idque se approbare Dei omnipotentis iudicio, si marito placeret, aut singulari certamine aut ignitorum vomerum[r] examine[s], fiducialiter adfirmat; erat enim religiosa[t] femina. Facto discidio in monasterio, quod in proprietate sua construxerat[u][6], Deo famulatura recessit.

His ita gestis, imperator corpore et animo cępit aegrotare[v]. Mense itaque Novembrio circa transitum sancti (Nov. 11).
Martini Triburias[w][7] venit ibique conventum generalem convocat. Cernentes optimates regni non modo vires corporis, verum etiam animi sensus ab eo diffugere, Arnolfum filium Carlomanni ultro in regnum adtrahunt et subito facta con-

a) cui et in ipso obs. a sec. migranti *A* 3. b) haischericus *A* 3; aschericus *B* 3. c) nihil *A* 1. d) imperatorae *corr.* imperatore *A* 1; imperatore *B*, *corr.* imperatorie *B* 1. 2. e) gessit in eod. loco *B* 2. f) concessit *B* 2. g) obtemporare *B* 1. h) liuuardum *A*. i) vercellensissem *A* 1; vercellae *A* 3. k) *deest B* 3. l) ministrandis *B* 2. m) obiecto *A* 1. n) latero *B* 1. o) decore *A* 1. *B* 2; *deest A* 3. p) richardem *A* 1. *B* 2; *deest A* 3; ricgardem *B* 3. q) et contra *B* 2. r) uouerum *B* 1. s) exanime *A* 1. t) reliosa *B* 1. 2. u) constrixerat *B* 1. 2. v) caepit et egr. *A* 1. w) tribunas *B* 2.

1) *A.* 886 *Apr.* 16; *Dümmler III*, 267 *et* 273. 2) *De hac Caroli expeditione Dümmler III*, 270—273. 3) *I. e. Burgundia; cf. infra a.* 888. 4) *A.* 887 *mense Iunio Liutwardus, episcopus Vercellensis* 880—899 *et archicancellarius* 878—887 *honoribus praeter episcopatum omnibus privatus est; Dümmler III*, 280—283. 5) *Immo etiam viginti quinque, ex anno* 862; *Dümmler II*, 36. 6) *Andlau in Alsatia; de his rebus cf. Dümmler III*, 284 *sq.* 7) *Tribur; cf. Dümmler III*, 287 *sq.*

spiratione ab imperatore deficientes ad predictum virum certatim transeunt, ita ut in triduo vix aliquis remaneret, qui ei saltim officia humanitatis impenderet. Cibus tantum et potus ex Liutberti[a] episcopi[b. 1] sumptibus administrabatur. Erat res spectaculo digna et aestimatione sortis humanae rerum varietate miranda. Nam sicut ante secunda fortuna rebus ultra, quam arbitrari posset, affluentibus tot tantaque imperii regna sine laborum sudoribus, sine bellorum certaminibus adtraxerat, ita ut post magnum Carolum maiestate, potestate, divitiis nulli regum Francorum videretur esse postponendus, ita nunc adversa velut in ostentatione[c] fragilitatis humanae destruens[d], quae[e] cumulaverat, cuncta inhoneste in momento abstulit, quae prospero arridens successu[f] quondam gloriose adtulerat. Mittit ergo ad Arnolfum[g] ex imperatore effectus egenus et desperatis rebus non de imperii dignitate, sed de victu cottidiano[h] cogitans tantum alimentorum copiam ad subsidium vitae presentis supplex[i] exposcit; dirigit[k] etiam Bernardum[l] filium, quem ex pelice susceperat, cum exeniis[m] eumque eius fidei commendat. Miseranda rerum facies, videre imperatorem opulentissimum non solum fortunae ornamentis[n] destitutum, verum etiam humanae opis egentem. Concessit autem ei[o] Arnulfus[p] rex nonnullos fiscos in Alamannia, unde ei alimonia preberetur; ipse vero compositis in Franciam[q] feliciter rebus in Baioariam[r] revertitur.

Eodem anno Witgarius episcopus de Augusta civitate obiit et Adhalbero[s], nobilis generis magnique ingenii ac * p. 59
prudentiae vir, cathedram eius optinuit et ei in episcopatu[t] successit[2].

888.

(Ann. Prum.). Anno dominicae incarnationis DCCCLXXXVIII. Carolus imperator, tertius huius nominis et dignitatis, obiit pridie
Ian. 12. Idus Ianuar.[3] sepultusque est[u] in Augea[v] monasterio[4]. Fuit[w] vero hic[b] christianissimus princeps, Deum timens et mandata eius ex toto corde custodiens, ecclesiasticis sanctionibus devotissime parens, in elemosinis[x] largus, orationi et psalmorum melodiis indesinenter deditus, laudibus Dei infatigabiliter intentus, omnem spem et consilium suum divinae dispensationi[y] committens, unde et ei omnia felici successu con-

a) liutperti *A* 1; liupperti *A* 3. b) archiepiscopi *A* 3. c) inchost. *B* 2. d) *corr. alia manu* deficiens *B* 2. e) fortuna *add. al. man. in cod. B* 2. f) succensu *B* 1. g) arnulfum *A* 3. h) cotid. *B* 1. 3. i) suplex *B* 2. k) dirigat *A* 1. l) bernhardum *A* 1. *B* 2. m) xeniis *A* 3. n) hornam. *B* 2. 3. o) *deest B* 2. p) arnolfus *A* 1. q) francia *A* 3; frantiã *B* 2. 3. r) bauuariam *A* 3. s) adelbero *A* 3; adalbero *B* 3. t) episcopatum *A* 1 *(deest A* 3*)*. u) *deest A* 1. v) augia *A* 3. w) Fuit—perceperit *desunt A* 3. x) helem. *B* 2. y) dispensatione *B* 2.

1) *Magontini archiepiscopi* 863—889, *archicancellarii* 870—882 *et* 887. 2) *Idem, cui Regino hoc chronicon dedicavit.* 3) *Mortuus est Ian.* 13 *in vico Neidingen ad Danubium sito; Dümmler III,* 289. 4) *Reichenau.*

currebant in bonum, ita ut omnia regna Francorum, quae predecessores[a] sui non sine sanguinis effusione cum magno[b] labore adquisierant, ipse perfacile in brevi temporum spatio sine conflictu, nullo contradicente, possidenda perceperit. Quod[c] autem circa finem vitae dignitatibus nudatus bonisque omnibus spoliatus est, temptatio fuit, ut credimus, non solum ad purgationem, sed, quod maius est, ad probationem: siquidem hanc, ut ferunt, pacientissime toleravit, in adversis sicuti in prosperis gratiarum vota persolvens, et ideo coronam vitae, quam repromisit Deus diligentibus se, aut iam accepit aut absque dubio accepturus est.

Post cuius mortem regna, que eius ditioni paruerant, veluti legitimo destituta herede, in partes a sua compage resolvuntur et iam non naturalem dominum prestolantur, sed unumquodque de suis visceribus regem sibi creari disponit. Quae causa magnos bellorum motus excitavit; non quia principes Francorum deessent, qui nobilitate, fortitudine et sapientia regnis imperare possent, sed quia[1] inter ipsos aequalitas generositatis, dignitatis ac potentiae discordiam augebat, nemine[d] tantum ceteros precellente, ut eius dominio[e] reliqui se[f] submittere dignarentur. Multos enim idoneos principes ad regni gubernacula moderanda Francia genuisset, nisi fortuna eos aemulatione virtutis in pernitiem mutuam[g] armasset. Iust. XIII, 2. Ib. c. 1.

Igitur quaedam pars Italici populi Berengarium[h] filium Everhardi[i][2], qui ducatum Foroiulanorum[k] tenebat, regem sibi statuunt, quaedam[l] Widonem filium Lanberti[m], ducem[b] Spolitanorum[n], aeque regia dignitate sublimandum decernunt; ex qua dissensionum controversia[o] tanta strages ex utraque parte postmodum facta est tantusque humanus sanguis effusus, ut iuxta dominicam vocem[p] regnum in se ipsum[q] divisum desolationis miseriam pene incurrerit. Ad extremum[3] Wido victor existens Berengarium[r] regno expulit. Pulsus itaque Arnulfum[s] regem adiit eiusque patrocinia contra hostem exposcit. Quid vero Arnulfus[t] fecerit, qualiter[u] Italiae regnum bis cum exercitu penetraverit[4], suo in loco commemorabitur[v]. Matth. 12, 25.

Interea Galliarum populi in unum congregati cum consensu Arnulfi[w] Odonem ducem, filium Rotberti[x], de quo paulo

a) precessores *A* 1; depcessores *B* 3. b) *deest A* 1. c) Quod—accepturus est *valde amputata A* 3 *ad a.* 887. d) *corr.* nemini *B* 2. e) domino *A* 1. f) reliquisse *A* 1. g) mutua *A* 1. *B* 3. h) berengarum *B* 2. i) eperhardi *A* 1. k) foroiulanensis ducis *A* 3. l) quędam *corr.* vel quendam *A* 1; q. dam *B* 2; quidam *B* 3. m) lantperti *A* 1; lamberti *A* 3; lantberti *B* 3. n) spolitani ducis *A* 3. o) controvesia *A* 1. *B* 1. 2. p) vocem dominicam *A* 1 *(deest A* 3*)*. q) ipso *B* 3. r) bengar. *corr.* berngar. *B* 1. s) arnolfum *A* 1. *B* 2. t) arnolfus *A* 1. *B* 2. u) qualiterque *B* 1. 3. v) commorabitur *A* 1. w) arnolfi *A* 1. *B* 2. x) rhuoberti *A* 1; rodberti *A* 3.

1) *Iustinum hic a nostro adhibitum esse vidit iam Muratori, 'SS. rer. Italic.' II,* 1, 389 *n.* 10. 2) *Et Giselae Ludowici Pii imperatoris filiae; Dümmler III,* 312 *sq.* 3) *A.* 889; *Dümmler III,* 364—372. 4) *Cf. infra a.* 894 *et* 896.

superius mentionem fecimus, virum strenuum, cui pre ceteris
Iust. XIII, 1. formae pulchritudo et proceritas corporis et virium sapientiaeque magnitudo inerat, regem super se pari consilio et voluntate creant[1];
(Febr. 29). qui rempublicam viriliter rexit et contra assiduas depredationes Nortmannorum[a] indefessus propugnator extitit.

Per idem tempus Ruodolfus[b] filius Cuonradi[c]·[2], nepos Hugonis abbatis, de quo supra meminimus, provintiam[d] inter Iurum[e] et Alpes Penninas occupat et apud sanctum Mauri-
(Ian.). tium[3] adscitis secum quibusdam primoribus et nonnullis sacerdotibus coronam sibi imposuit regemque se appellari iussit. Post haec mittit legatos per universum regnum * p. 599.
Lotharii et suasionibus pollicitationibusque episcoporum ac nobilium virorum mentes in sui favorem demulcet[4]. Quod cum nunciatum esset Arnulfo[f], ilico cum exercitu super eum irruit; ille per artissima itinera fuga dilapsus in tutissimis rupium locis salutis presidium quaesivit[g]; omnibus itaque diebus vitae suae[5] Arnulfus[i] et Zuendibolchus[k] filius eius eundem Ruodulfum[l] persecuti sunt nec tamen eum ledere potuerunt, quia, ut supra expressum est, loca inaccessibilia, quae in multis solis hibicibus pervia[m] sunt, insequentium consertas acies procul ab ingressu repellebant.

(886). Eodem anno[6] Nortmanni[n], qui Parisiorum[o] urbem obsidebant, miram et inauditam rem, non solum nostra, sed etiam superiore aetate, fecerunt. Nam cum civitatem inexpugnabilem esse[p] persensissent, omni virtute omnique ingenio laborare[q] coeperunt, quatinus urbe post tergum[r] relicta classem cum omnibus copiis per Sequanam sursum[s] possent evehere et sic Hionnam[7] fluvium ingredientes Burgundiae fines absque obstaculo penetrarent. Civibus autem omni
(Nov.). instantia prohibentibus ascensum[t] fluminis, naves per siccum plus quam duorum passuum milibus trahunt et taliter declinato omni periculo iterum eas Sequanae fluentis inmergunt; et post paululum Sequanam relinquentes Hionnam[u], ut dis-

a) norm. *B* 1. b) rodolfus *A* 3; rodulfus *B* 3. c) conradi *A* 3; chuonradi *B* 3. d) prov.—occupat et *desunt A* 3. e) inter iniurum *(B) B* 1. 2. f) arnolfo *A* 1. *B* 1. 2. g) *deest A* 1. h) inter iuram et alpes apenninas *hic inserit A* 3. i) arnolfus *A*. k) zuendiboldus *A. B* 2; zuendibolcus *(B) B* 1; zuentibolcus *B* 3. l) ruodolfum *A* 1; *deest A* 3; rodulfum *B* 2. 3. m) perviae *B* 2. 3. n) norm. *B* 1. o) parisium *A* 3. p) esse per *desunt A*. q) labore *B* 2. r) postergum *A* 1. *B* 2. 3; *deest A* 3. s) sursum —hionnam *desunt B* 2. t) assensum *B* 2. u) inennam *B* 2.

1) *A.* 888 *Febr.* 29; *Dümmler III,* 315—317. 2) *Konradi II. a.* 866 *commemorati, qui a.* 864 *Hucberto abbate occiso Burgundiam superiorem acceperat, fratris Hugonis abbatis a.* 886 *mortui.* 3) *St. Maurice mense Ianuario; Dümmler III,* 318 *sq.* 4) *Tulli ab episcopo Arnoldo rex Lotharingiae coronatus est, sed exeunte eodem anno Arnulfo Ratisbonae se subiecit; Dümmler III,* 324. 5) *Haec igitur post Zuendibaldi obitum scripta sunt. P.* 6) *A.* 886 *pace illa cum Carolo facta; cf. supra a.* 887 *et Dümmler III,* 272. 7) *Yonne.*

posuerant, et sub omni celeritate navigantes Senonis applicuerunt, ibique castris positis per continuos sex menses eandem urbem obsidione claudunt totamque pene Burgundiam rapinis, caedibus ac incendiis[a] demoliuntur. Sed civibus fortiter repugnantibus, Deo protegente, nequaquam prefatam[b] civitatem capere potuerunt, quamquam omni laborum sudore omniumque artium et machinamentorum ingenio id multipliciter pertemptassent.

Inter ipsas vero obsidionum angustias Everhardus[c] eiusdem loci metropolita, vir totius sanctitatis et sapientiae (887).
p. 599. nitore fulgidus, corporeis vinculis absolutus ad caelestem (Febr. 1).
patriam transiit[1]; in cuius cathedra sublimatus est Waltarius,
nepos Waltarii Aurelianensis[d] urbis episcopi, longe inferior (Apr. 2).
predecessore moribus, religione et philosophiae studio.

889.

Anno dominicae incarnationis DCCCLXXXVIIII.[e] gens Hungarium[f] ferocissima et omni belua crudelior[g], retro[h] ante seculis ideo inaudita quia nec nominata, a Scythicis[i] regnis et a paludibus[k], quas Thanais[l] sua refusione in immensum porrigit, egressa est[2]. Sed[m] priusquam ipsius gentis acta crudelia stilo persequamur, non superfluum videatur, si de Scythiae situ Scytharumque moribus historiographorum dicta sequentes aliquid commemoremus.

Scythia[3], ut aiunt, in oriente[n] extensa includitur ab uno Iust. II, 2.
latere Ponto, ab altero montibus Ripheis, a tergo Asia et Ithasi[o] flumine. Patet autem multum in longitudinem et latitudinem. Hominibus[p] hanc inhabitantibus inter se nulli fines; perraro[q] enim agrum exercent, nec domus illis ulla aut tectum vel sedes est, armenta et pecora[r] semper pascentibus et per incultas solitudines[s] errare solitis. Uxores liberosque secum in plaustris[t] vehunt; coriis[u] imbrium hiemisque causa tectis pro domibus utuntur[4]. Nullum scelus apud eos furto[v] gravius, quippe sine tecti munimento pecora[r] et armenta alimentaque habentibus quid[w] inter[x] silvas superesset, si furari liceret? Aurum et argentum non

a) hicendiis *B* 1; hicend. *corr.* hincend. *B* 2. b) prefatam — quamquam *desunt A* 1; Deo protegente non obtinuerunt *A* 3. c) eueardus *corr.* euerardus *B* 1. d) aurll. *B* 1. 2. e) DCCCLXXVIIII. *A* 1. f) ungarium *A* 1; ungariorum *A* 3 *a.* 890 *(ex Ekkehardo)*; hungariorum *B* 3. g) credelior *B* 1. 2. h) retro — Italiae regnum est vastatum *A* 3 *a.* 890. i) sythicis *A* 1. *B*; scithia *A* 3. k) paludis *B* 3. l) tanais *A* 3. *B* 3. m) Sed — commemoremus *desunt A* 3. n) orientem *A* 3; horiente *B* 2. o) itasi *A* 3. p) Homĩbus *B* 1. 2; Omnibus *B* 3. q) per rora *B* 3. r) peccora *A* 1. *B* 1. s) solutis *A* 1; soliti *B* 3. t) palustris *A* 1. u) carlis *B* 3. v) eofurto *B* 2. w) *deest B* 1. x) nr̃i *A* 1; inter silvas *desunt A* 3; nr̃t *B* 1. 2; p̃ter *B* 3.

1) *Ann. S. Columbae Senon. (SS. I) a.* 886 *Eberhardum Kal. Febr. mortuum et successorem eius IV. Non. Apr. ordinatum esse referunt.* 2) *Iam a.* 837 *socii Bulgarorum ad Danubium venerunt et a.* 862 *primum Germaniae fines attigerunt; cf. Dümmler III,* 438—442. 3) *Iustini codice Parisino* 4950, *olim Puteano (A) Reginonem usum esse lectionibus* ithasi *(pro* phasi*)*, tecti munimento, alimenta, non perinde ac rel., sopyriona *probatur; cf. Rühl, 'Verbreitung des Iustinus' p.* 13. 4) *Ita Regino secundum suum Iustini codicem; locus corruptus est.*

perinde ut reliqui mortales appetunt, venationum et piscationum exercitiis inserviunt, lacte et melle vescuntur. Lanae his *usus ac * p. 600.
vestium ignotus[a], et quamquam continuis frigoribus afficiantur, pellibus
Iust. II, 3. tantum ferinis ac murinis induuntur. Imperium Asiae ter quaesivere,
ib. II, 1. ipsi perpetuo ab alieno imperio aut inacti aut invicti manserе[b]. Nec virorum magis quam feminarum virtutibus claruere, quippe cum ipsi Parthos Bactrianosque[c], feminae autem eorum Amazonum[d] regna condiderint, prorsus ut res gestas virorum mulierumque considerantibus in-
ib. II, 3. certum sid, uter[e] apud eos sexus illustrior fuerit. Darium, regem Persarum, turpi ab[f] Scythia summoverunt fuga, Cyrum cum omni exercitu trucidaverunt; Alexandri Magni ducem Sopyrionas[g] pari[h] ratione cum universis copiis deleverunt; Romanorum audiere, non sensere arma. Laboribus et bellis asperi, vires corporum inmensae.

Habundant vero tanta multitudine populorum, ut eos
Paul. D. I, 1. genitale solum non sufficiat alere. Septemtrionalis quippe plaga, quanto magis ab estu solis remota est et nivali frigore gelida, tanto salubrior corporibus hominum et propagandis gentibus coaptata; sicut econtra[i] omnis meridiana regio, quo solis est fervori[k] vicinior, eo semper morbis habundat et educandis minus est apta mortalibus: unde fit, ut tantae[l] populorum multitudines arctos[l] sub axe oriantur, ut non inmerito universa illa regio Thanai tenus[m] usque ad occiduum, licet et propriis loca in ea singula nuncupentur nominibus, generali tamen vocabulo Germania vocitetur[n]. Ab hac ergo populosa Germania sepe innumerabiles captivorum turmae abductae, meridianis populis precio distrahuntur; multae quoque ex ea, pro eo quod tantos mortalium germinat, quantos alere vix sufficit, frequenter gentes egressae sunt, quae nihilominus et partes Asiae, sed maxime sibi contiguam Europam afflixerunt. Testantur hoc ubique urbes erutae per totam Illiricum Galliamque, sed maxime miserae Italiae, quae pene illarum omnium est gentium experta sevitiam[o].

Ex supradictis igitur locis gens memorata a finitimis sibi[p] populis, qui Pecinaci[q] vocantur[2], a propriis sedibus expulsa est, eo quod numero et virtute prestarent et genitale, ut premisimus, rus exuberante multitudine non sufficeret ad habitandum. Horum itaque violentia effugati ad exquirendas[r], quas possent incolere[s], terras sedesque statuere valedicentes patriae iter arripiunt. Et primo quidem Pannoniorum et Avarum solitudines[t. 3] pererrantes, venatu ac piscatione[u] victum cotidianum quaeritant; deinde Carantanorum, Marahensium ac Vulgarum[v] fines[4] crebris incursionum infesta-

a) ignotos *B* 2. b) permansere *B* 3. c) bactrianosque *corr.* bactrianosaque *B* 2. d) amazone *A* 1; amazoniae *A* 3. e) ut *A* 1; utrum *B* 3. f) a *A* 1 *(deest A* 3*)*. g) zophirionem *A* 3. h) patri *A* 1. i) et contra *B* 2. k) fervore *A* 1. l) ante *A* 1. m) than. tenus *desunt A* 1 *lacuna relicta*. n) germ. sepe innumerab Ab hac *B* 2; vocitetur—germania *desunt B* 3. o) sevitia *A* 1. p) *deest B* 3. q) pecenaci *A* 1; petinati *B* 1. r) exquirandas *(B) B* 2; exquirandas *corr.* -rendas *B* 1. s) bicolere *B* 2. t) solitudinis *A* 1. u) spacione *A*. *(B) B* 2; spatione *corr.* piscatione *B* 1. v) bulgarum *A* 3. *B* 3.

1) *Ita Regino secundum suum Pauli codicem;* arctoo *Paulus.* 2) *Petschenegen. Hi Ungaros cum semper urgebant, tum a.* 895 *aut* 896 *a Bulgaris auxilio vocati eos ex improviso oppressos e sedibus, quas inter Danubium et Danaprim fluvios tenebant, expulerunt; Dümmler III,* 444 *sq.* 3) *Pannoniam et partem Daciae superioris occidentalem cum Iazygum terra, quae ab illis nomen Ungariae acceperunt; etiam nunc eae regiones* Pussta, *i. e. loca deserta (*pusty *slav. = desertus) vocantur.* 4) *Pannoniam Ungari primum Danubium transgressi a.* 894, *Carantaniam a.* 901, *Moraviam* 892, *Bulgariam a.* 895 *invaserunt; Dümmler III,* 443 *sq.*

p. 600.

tionibus irrumpunt, perpaucos[a] gladio, multa milia sagittis[b] interimunt, quas tanta arte ex corneis arcubus dirigunt, ut earum ictus vix precaveri possit.

Comminus enim in acie preliari aut obsessas expugnare urbes nesciunt. Pugnant aut[c] procurrentibus equis aut terga dantibus, saepe etiam fugam simulant. Nec pugnare diu possunt: ceterum intolerandi[d] forent, si, quantus est impetus, vis tanta et perseverantia esset. Plerumque in ipso ardore certaminis prelia deserunt ac paulo post pugnam[e] ex[f] fuga repetunt, ut, cum[g] maxime vicisse te putes, tunc tibi discrimen[h] subeundum sit. Iust. XLI, 2.

Quorum pugna, quo ceteris gentibus inusitata, eo[i] et periculosior. Inter horum et Brittonum conflictum[k] hoc unum interest, quod illi misilibus[l], isti sagittis utuntur. Vivunt non hominum, sed beluarum more. Carnibus siquidem, ut fama est, crudis vescuntur, sanguinem bibunt, corda hominum, quos capiunt, particulatim dividentes veluti pro remedio devorant, nulla miseratione flectuntur, nullis pietatis visceribus commoventur. Capillum[m] usque ad cutem[n] ferro[o] caedunt.

* p. 601. [Equis[p] omni tempore vectan*tur;] super illos ire, consistere[q], meditari[r] ac colloqui solent. Liberos ac servos suos equitare et sagittare[s] magna industria docent. Ingenia illis tumida, seditiosa, fraudulenta[t], procatia: quippe eandem ferocitatem feminis quam viris adsignant[1]. Semper in externos aut in domesticos motus inquieti, natura taciti[u], ad faciendum quam ad dicendum[v] promptiores. Huius igitur nefandissimae[w] gentis crudelitate[x] non solum memoratae regiones, verum etiam Italiae regnum[2] ex permaxima parte devastatum[y] est. Ib. XLI, 3. Ib. c. 2. Ib. c. 3.

Eodem anno Nortmanni[z] a Senonica urbe recedentes denuo Parisius cum omnibus copiis devenerunt[3]. Et cum illis descensus[a] fluminis a civibus omnino inhiberetur, rursus castra ponunt, civitatem totis viribus inpugnant, sed Deo[b] opem ferente nihil prevalent. Transactis paucis diebus iterum Sequanam cum classe ascendunt, et Matronam fluvium[4] ingredientes Trecas civitatem[5] incendio cremant et usque Virdunensem ac Tullensem urbes cuncta circumquaque depopulantur. (887).

a) perpaucis *(A)* *A* 1. *(B)* *B* 2; perpaucis *corr.* perpaucos *B* 1. b) sagitis *B* 1. 2. c) autem *A* 1; *deest A* 3. d) intollerandi *B* 2. e) pugna *B* 2. f) et *A* 1. g) uim *A* 1. *B* 2. h) crimen *B* 2. i) *deest B* 2. k) confrictum *B* 1. l) missilibus *B* 3. m) capillos *B* 3. n) uitem *A* 1. *B* 1. 2; verticem *B* 3. o) ferro—consistere, medi- *desunt B* 2 *(una linea omissa).* p) Equis—vectantur, *quae in omnibus codd. desunt, ex Iustino Pertz supplevit.* q) meditari, consistere *A* 1. r) tari *B* 2; metari *B* 3; mercari *coni. Rühl (Verbreitung des Iustinus, p.* 13). s) sagitare *B* 1. 2. t) fradulenta *B* 1. u) tatiti *B* 2. v) ducendum *A* 1. *B* 2; duc. *corr.* dic. *B* 1. w) nefrandissimę *B* 1. x) *deest A* 1; Ab eis non solum *A* 3. y) devestatum *B* 1. 2. z) normanni *corr.* nordmanni *B* 1. a) decensus *corr. alia manu* decursus *B* 2. b) ideo *A* 1.

1) *Corrumpuntur Iustini verba:* quippe violentiam viris, mansuetudinem mulieribus adsignant. 2) *Primum a.* 898, *ut terram cognoscerent, Ungari usque ad Brentam venisse dicuntur; a.* 899—900 *Italiam crudelissime devastaverunt, v. infra a.* 901. 3) *Ubi tributum a Carolo promissum acceperunt a.* 887 *mense Maio: tamen non discesserunt, sed denuo passim praedari coeperunt; Dümmler III,* 278 *sq.* 4) *Marne.* 5) *Troyes.*

889. His etiam diebus Liutbertus Mogontiacae[a] urbis presul e rebus humanis sublatus est[1]; in cuius loco subrogatus est Sunzo[b.2], vir religiosus ac simplex, sacris litteris sufficienter instructus[c], qui in Vulda monasterio sub regimine abbatis ab ineunte aetate nutritus et conversatus fuerat[d], Boppone[e] Turingorum[f] duce et Arnulfo[g] rege annuente.

890.

Anno dominicae incarnationis DCCCXC. Arnulfus[h] rex concessit[i] Zuendibolch[k] Marahensium Sclavorum[l] regi[3] ducatum Behemensium[m], qui hactenus principem suae cognationis ac gentis super se habuerant Francorumque regibus[n] fidelitatem promissam inviolato[o] foedere conservaverant[4], eo quod illi, antequam in regni fastigio sublimaretur, familiaritatis gratia fuerit conexus: denique filium eius, quem ex pelice susceperat, a sacro fonte levavit eumque ex nomine suo Zuendibolch[p] appellari[q] fecit[5]. Quae res non modicum discordiarum et defectionis prebuit incitamentum. Nam et Behemi[r] a fidelitate diutius custodita recesserunt et Zuendibolch[s] ex adiectione alterius regni vires non parvas sibi accessisse sentiens fastu superbiae inflatus contra Arnulfum[t]
(892). rebellavit. Quod cum cognovisset Arnulfus[t], cum exercitu regnum Marahensium ingressus cuncta, quae extra urbes reperit[u], solotenus demolitus est. Ad ultimum cum[v] et ceterae
(894). fructiferae arbores radicitus exciderentur, Zuendibolch[s] pacem poposcit et dato filio obside hanc sero promeruit[6].

(888). Per idem tempus Nortmanni[w] a Matrona fluvio exeuntes Parisius revertuntur et, quia omnimodis descensus fluminis per pontem prohibebatur, tercio castra locant et iterato certamine predictam urbem impugnant[7]. Sed civibus, qui con-

a) magonciacae *A* 1; mogontino archiepiscopo *A* 3. b) sinzo *A* 1; sunzo—sub abbate *A* 3 *a.* 893. c) imbutus *A* 1. d) fuerat anni *codd.*; (annitente *corr. alia manus in cod. B* 1;) anni *in codice autographo ex voce* annuente *videtur ortum esse, quae in inferiore linea sequebatur.* e) annuente poppone *A* 3; bobpone *B* 2. f) thuring. *A.* g) arnolfo *A* 1. *B* 2. h) arnolfus *A* 1. i) conces *B* 2. k) zuendibolh *A* 3. *B* 1; zuondoboldus *B* 2; zuentibolh *B* 3. l) slavorum *A* 3. m) boemiae *A* 3. n) regi *B* 3. o) involuto *corr.* involato *A* 1. p) zuendiboch *A* 1; zuendibolh *A* 3; zuentibolch *B* 3. q) fecit appell. *A* 1. r) beheimi *A* 1; boemi *A* 3. s) zuendibolh *A* 3; zuentibolch *B* 3. t) arnolfum, -us *A* 1. *B* 2. u) repperit *A* 3. *B* 3. v) *deest A* 1. *B* 1. 2. w) normanni *B* 2; norm. *corr.* nordm. *B* 1.

1) *A.* 889 *Febr.* 17; *Dümmler III,* 329 *sq.* 2) *Sunderold, qui sedit usque ad a.* 891; *v. infra.* 3) *Qui a.* 870 *Rastislavo successerat; v. a.* 860. 4) *Bohemi, quorum principes semper inconstantes fuerant, sine Arnulfi opera a Suentopulco subiecti sunt; Dümmler III,* 339. 5) *Ea amicitia post a.* 870, *quo filius Arnolfi baptismum videtur accepisse, non multum temporis perdurasse potest; Dümmler II,* 317. 6) *De hoc bello a.* 892—894 *gesto Dümmler III,* 353 *sq.,* 362, 390—392: *sed Suentopulcus invictus decessit (v. infra a.* 894), *filii demum eius pacem inierunt.* 7) *Duae expeditiones hic confunduntur: a.* 888 *ex Matrona reversi Normanni tertium Parisios venerunt, sed paulo post inde regressi inter Luviam (Loing) et Ionnam (Yonne) fluvios hibernaverunt; a.* 889

tinuis operum ac vigiliarum laboribus[a] indurauerant et assiduis bellorum conflictibus[b] exercitati erant, audaciter[c] reluctantibus, Nortmanni[d] desperatis rebus naves per terram (889).
cum magno sudore trahunt et sic alveum repetentes Brittanniae
* p. 602. finibus classem traiciunt. Quoddam ca*stellum in Constantiensi[e].[1] territorio, quod ad sanctum Loth[2] dicebatur, ob- (890).
sident et accessum ad fontem aquae ex toto prohibentes, oppidanis[f] siti arescentibus, fit deditio eo pacto, ut vita tantum concessa cetera tollerent. Illis a munitione progressis gens perfida fidem et promissa data profanat[g] omnesque absque respectu iugulat; inter quos episcopum Constantiensis[e] ecclesiae interimunt[3].

Erat tunc temporis inter Alanum et Vidicheil[h] ducibus[i] Brittonum[4] non parva de partitione[k] regni dissensionum controversia[l]. In hoc ergo scismate et divisione non tantum terrarum quantum mentium pagani[m] Brittones reperientes (890).
super eos fiducialiter irruunt. Illi, dum privatum singulorum, non commune universorum[n] bellum ducunt et auxilium ferre alter alteri recusat, quasi victoria unius non omnium foret, graviter ab hoste laeduntur; ceduntur passim et usque ad[o] Blavittam fluvium[5] omnis eorum possessio diripitur. Tunc primum intelligentes, quantam sibi perniciem[p], quantas adversariis vires discordia administraret, per internuncios se invicem confirmant, tempus et[q] locum eundi[r] condicunt[s] bellumque communibus viribus construunt. Itaque Vidicheil[h], qui erat adolescentior[t], cupiens gloriam nominis sui[u] exaltare, non expectato Alano cum sociis prelium conserit, multa milia hostium caedit, reliquos in quendam vicum fugere compulit. Quos cum ultra, quam oporteret, inprovide persequeretur, ab ipsis extinguitur, ignarus quia vincere bonum est, supervincere bonum[o] non est; periculosa est enim desperatio. Post haec Alanus coadunata omni Brittannia tale votum vovit[v], ut, si adversarios per divinam virtutem posset superare, decimam partem omnium bonorum suorum Deo et sancto Petro Romam destinaret. Omnibus autem Brittonibus eundem[w] votum spondentibus ad pugnam procedit et commisso prelio

a) operum labor. ac vigil. *A* 1. b) confrictibus *B* 1. c) audacter *A*. d) normanni *B* 1. 2. e) constantinensi, -is *A* 1. f) obpid. *B* 1; opid. *B* 2. g) violat *A*. h) vuidicheil *A* 1; iudecheil *A* 3. i) duces *A*. k) partione *B* 2. l) regni dissensio *A* 1 (alanus et iud. — dissidebant *A* 3). m) plaga *B* 3. n) omnium ducunt bellum *A* 1 *(desunt A* 3*)*. o) *deest B* 2. p) perneciem *A* 1. q) *deest B*. r) coeundi *A* 3. s) indicunt *A* 1. t) adulesc. *B* 1. 2. u) sui nominis *A*. v) novit *B* 2. w) idem v. voventibus *A* 1; Omnibus — prelio *desunt A* 3.

quartum Parisios oppugnaverunt, verum dono mediocri commoti sunt, ut mare repeterent. V. Dümmler III, 345 *sq.* 1) *Coûtance.* 2) *Saint Lo.* 3) *Castellum hieme a.* 889/90 *obsessum initio a.* 890 *expugnatum est: at episcopus iam inter obsidionem mortuus est.* 4) *V. supra a.* 874. 5) *Blavet, in cuius ostio Port-Louis et L'Orient. P.*

tanta strage[a] hostes fudit[b], ut vix quadringenti viri ex quindecim[c] milibus ad classem repedarent.

(889). Hac tempestate sanctissimo et in divinis humanisque rebus prudentissimo Williberto episcopo ab hac luce sub-
(890). tracto Herimannus venerabilis vir per electionem cleri[d] ac plebis ecclesiae Coloniensi preficitur[e].[1]. Circa haec etiam[f]
(889). tempora Salomon Constantiensis[g] ecclesiae antistes recessit
(890). a seculo; in cuius loco[h] successit Salomon, qui hac aetate abbatiam sancti Galli tenebat[2], vir non solum nobilitate, verum etiam prudentiae ac sapientiae virtutibus insignitus, qui prefatae[i] urbis tertius eius[k] nominis dinoscitur esse pontifex.

891.

891. Anno dominicae incarnationis DCCCXCI.[1] Nortmanni[m] duobus continuis preliis in Brittannia graviter adtriti in regno[n] Lotharii[o].[3] classem transferunt et castris metatis[p] predas exercent. Contra quos Arnulfus[q] rex exercitum dirigit iubetque super Mosam tentoria figere transitumque fluminis hostibus prohibere. Sed antequam exercitus in unum colligeretur ad condictum locum iuxta castrum Treiectensem[r].[4], Nortmanni[s] superiora tenentes circa Leodium Mosam transierunt et hostilem expeditionem a tergo relinquentes in silvis[t] et paludibus Aquis palatio contiguis disperguntur; obvios quosque perimunt, plurima plaustra et vehicula, in quibus alimenta exercitui deferebantur[u], capiunt. Quae fama cum ad exercitum pervenisset, qui iam ipso die nativitatis sancti
Iun. 24. Iohannis baptistae pene in unum convenerat[v], non tam tremor quam stupor mentes omnium occupavit. Principes contione[w] convocata non tam de periculo quam de re dubia consulunt, incerti, utrum[5] Ribuariorum fines intrantes[x] Coloniam tenderent aut per Prumiam transeuntes Treveris[y] dirigerent gressum[z] vel certe congregatam[a] adversum se multitudinem[b] pertimescentes transvadata Mosa ad classem *festinarent. Inter * p. 603.
Iun. 25. haec nox superveniens conventum solvit. Postera die, cum

a) strange *B* 1. 2. b) effudit *A* 1. c) xu *B* 2. d) plebis *A* 1. e) proficiscitur *A* 1. f) *deest A* 1. g) constatinensis *A* 1. h) locum *(A) A* 1. i) quippe fatę *B* 2. k) eiusdem *A* 1; huius nom. pont. eiusdem urbis *A* 3. l) DCCCXC. *B* 2. m) Norm. *B* 1. 2. n) regnum *A* 1. o) lhothari *A* 1. p) castra metati *A* 1; *desunt A* 3. q) arnolfus *A* 1. *B* 2. r) traiectense *(A) A* 1; traiectum *A* 3. s) normanni *B* 2; norm *corr.* nortm. *B* 1. t) sulvis *B* 1. u) ferebantur *A*. v) convenerant *A* 1; qui—conv. *desunt A* 3. w) cont. vero *A* 1. x) ingressuri *A* 1; per rib. fines col. *A* 3. y) trevirim *A* 1; treverim *A* 3. z) gressum dirigerent *A*. a) congregata *A* 1. *B* 2. b) mult. se *A* 1; multitudine *B* 2; congreg.—pertim. *desunt A* 3.

1) *Williberto a.* 889 *Sept.* 11 *mortuo Herimannus mense Maio a.* 890 *pallium accepit.* 2) *Salomoni II. a.* 889 *Dec.* 23 *mortuo a.* 890 *Salomon III. successit, qui eodem anno etiam abbatiam S. Galli accepit; Dümmler III,* 342 *et* 344. 3) *Per Sequanam et Isaram (Oise); Dümmler III,* 346—351. 4) *Mastricht.* 5) *Scil. Nordmanni. P.*

aurora radios[a] suae lucis representaret[a'], omnes armantur et levatis vexillis per descensum fluminis expediti[b] ad pugnam gradiuntur[c]. Cumque torrentem[d], qui Gulia dicitur[1], transissent, acies pariter substiterunt; dehinc deliberant, ne omnis exercitus incassum fatigaretur, ut[e] unusquisque[f] procerum duodecim ex suis mitteret, qui in[g] unum agmen redacti hostes investigarent. Haec sermocinantibus subito[h] apparuerunt speculatores Nortmannorum[i]. Quos cum omnis multitudo inconsultis ducibus confuso ordine insequeretur[k], peditum turmas in quadam villula[l] offendit, qui in unum conglobati facile sparsim supervenientes repellunt atque retrorsum redire cogunt. Deinde perstrepentibus secundum morem faretris[m] clamor in caelum tollitur, pugna committitur. Equites Nortmannorum[n] audito clamore summa cum festinatione advolant, et ingravato[o] prelio christianorum exercitus peccatis facientibus, heu pro dolor! terga vertit. In quo prelio episcopus Mogontiacae[p] urbis Sunzo[q] et Arnulfus[r] comes occubuerunt, nec non et[s] innumera multitudo nobilium virorum. Nortmanni[t] patrata[u] victoria castra omnibus[v] divitiis referta invadunt et trucidatis, quos in bello ceperant, onerati[w] preda ad classem revertuntur. Fuit vero haec caedes facta VI.[x] Kal. Iul.

Dum haec aguntur, Arnulfus[y] rex in Baioariorum[z] extremitatibus morabatur, insolentiam Sclavorum reprimens; cui cum nuntiata[a] esset suorum strages[b] hostiumque victoria, primo pro amissis fidelibus nimium contristatur[c] et querelam cum gemitu deponit[d], quod Franci eotenus invicti adversariis terga darent: deinde indignitatem rei animoso in pectore[e] versans in hostem accenditur[f] et congregato ex orientalibus regnis[g] exercitu mox Rheno transmisso circa litora Mosae castra statuit. Interiectis diebus Nortmanni[h] ex superiori pugna elati cum omni virtute ad depredandum proficiscuntur; contra quos rex cum expeditis ad pugnam procedit. Illi cernentes acies appropinquare super fluvium, qui Thilia dicitur[2], ligno et terrae congerie more solito se communiunt et cachinnis et exprobrationibus[i] agmina lacessunt, ingeminantes cum insultatione et derisu, ut memorarentur Guliae turpisque fugae caedisque patratae, post modicum similia passuri. Rex felle commotus exercitum iubet descendere et

cf. Verg. Georg. IV, 83.

(Nov. 1).

a) dies *B* 3. a') aurora illucesceret *(A)* *A* 1; Illucescente aurora *A* 3. b) expe *B* 2; expe *corr.* exspe *B* 1. c) procedunt *A*. d) correntem *A* 1. e) sed *A* 1. *B* 3. f) unusque *B* 2. g) *deest A* 1. h) *deest A*. i) norm. *A* 1. *B* 2. k) insequerentur *B* 3. l) in quandam villulam *B* 2. 3. m) pharetris *A* 3. n) nordm. *A* 1; norm. *corr.* nortm. *B* 2. o) gravato *A* 1. p) magontinae *A* 1; moguntinus *A* 3; mogonciacie *B* 2; magontiacae *B* 3. q) Gunzo *A* 1. r) arnolfus *A* 1. *B* 2. s) *deest B* 2. t) nordm. *A* 1; norm. *B* 2. u) parata *A* 1; p. vict. *desunt A* 3. v) *deest A* 3; divitiis omnibus *A* 1. w) honerati *B* 2. 3; honorati *B* 1. x) VII. *A*. y) arnolfus *A* 1. *B* 1. 2. z) bauuariorum *A* 1; bauuariae *A* 3. a) iunctata *A* 1. b) strages suorum *A* 1; his auditis *A* 3. c) tristatur *B*. d) depromit *A* 3. e) rei animo versans *A*. f) acciditur *A* 1. g) *deest A*; regis *B*; *corr.* regnis *B* 1. 3. h) nordm. *A* 1; norm. *B* 2. i) exprobrantibus *A* 1.

1) *Prope Marsnam Mosam influit,* die Geule. *P.* 2) *Dyle.*

pedestri congressione cum adversariis decertari[a]. Qui dicto citius ab equis desilientes[b] clamore exhortationis dato presidium inimicorum inrumpunt[c] et Deo vires caelitus administrante eos usque ad internecionem[d] ferro cedunt terraeque prosternunt, ita ut ex innumerabili multitudine vix residuus[e] esset, qui ad classem adversum nuntium reportaret. Rebus[f] feliciter gestis Arnulfus[g] in Baioariam[h] revertitur[i].

Eodem anno Hatho[i] venerabilis abba in Magontiacensi[k] ecclesia metropolita consecratur, qui hactenus in Augea[l] monasterio multorum pater extiterat[m] monachorum[2].

892.

Anno dominicae incarnationis DCCCXCII. mense Fe-
Febr. bruario Nortmanni[n], qui ad naves remanserant, Mosam transeuntes Ribuariorum pagum ingressi sunt[o] et secundum crudelitatem sibi ingenitam cuncta devorantes pervenerunt usque[p] Bunnam[q]. Inde digressi occupaverunt quandam villam, quae Landulvestorph[r.3] nominatur; ubi occurrit eis exercitus christianorum, sed nihil dignum, quod virtuti asscribatur[s], egit. Nocte superveniente recesserunt Nordmanni[t] a[u] iamdicta villa et formidantes hostilem impetum nequaquam ausi sunt se committere planioribus atque[v] campestribus locis, sed *silvas semper tenentes, exercitum vero a leva post tergum[w] * p. 604
relinquentes, quanta poterant velocitate, ad Prumiae[x] monasterium aciem dirigebant ipsisque iam iamque[y] irruentibus abba et congregatio fratrum vix fuga dilapsi[z] sunt. At Nortmanni[a] monasterium ingressi omnia depopulati sunt et quosdam ex monachis interficientes plurimamque familiam trucidantes reliquos captivos duxerunt. Inde[a] exeuntes Arduennam intrant, ubi quoddam castrum in quodam preminenti monte noviter constructum, in quo[b] innumera multitudo vulgi confugerat, adgrediuntur[c] et absque mora expugnant; interfectisque omnibus cum ingenti preda ad classem redeunt oneratisque navibus cum omnibus copiis transmarinas repetunt regiones.

(Ann. Prum.). Per idem tempus Farabertus abba Prumiensis cœnobii curam pastoralem sua sponte per concessum regis deposuit et ego, quamvis indignus, secundum regularem auctoritatem

a) decertare *A* 3. b) ex desil. *B* 3. c) irrumpunt *A*. d) internetiem *A* 1. e) resuduus *B* 1. f) Rebus—monachorum *desunt A* 3. g) arnolfus *A* 1. *B* 2. h) bauuariam *A* 1. i) hatto *A* 3 (*a.* 893); hattho *B*. k) mogociacensi *B* 1. 2. l) augia *A* 1. m) extitit *A* 1. n) nordm. *A* 1; norm. *B* 2. o) *erasum B* 1; *deest B* 3. p) usque ad *A* 1; *deest A* 3. q) bonnam *B* 3. r) landolfesdorf *A* 1; landolfestorp *A* 3. s) asscribarum *B* 2. t) nordm. *A* 1. *B* 2; norm. *B* 1. u) *deest A* 1. v) et *A* 1; vel *A* 3. w) postergum *B* 3. x) prumiam *A* 1. y) *deest B* 3. z) lapsi *A* 1; elapsis *A* 3. a) Inde—intrant *desunt B* 3. b) quod *A*. a) aggr. *A*.

1) *Primo in Alamanniam.* 2) *De quo I. Heidemann, 'Hatto I.' Progr. Berol.* 1865; *Dümmler III,* 252 *sq.* 3) *Lannesdorf prope Mehlem; Dümmler III,* 351.

per electionem fratrum in regimine successi[1]; in[a] quo tamen (Mai.). non diutius immoratus aemulis agentibus[2] Richarium fratrem Gerhardi et Mahtfridi[b] invidiosum mei negotii successorem sustinui[3]. Obsecro[c] autem, ne lectori honerosum[d] videatur, si rem ab origine repetam et, qualiter huiuscemodi negocium ad effectum perductum fuerit, simplici sermone pandam. Absurdum enim videtur, ut, qui aliorum actiones et rerum gestarum causas explanare proposui, negotium, quod ad me pertinet, silentio pretermittam[4], — — — — — — — — —

— — — — — — — — — — — — — — — — — — —

presertim poplitibus veniam posco lectori, eo quod verbosus in hac relatione ultra, quam decuit, extiti. Necessitas enim compulit[e], ut non solum facta, sed etiam dicta in ordine ponerem propter invidentium et adversantium calumniosam querelam.

Haec[f] de retroactis causis transcursisque temporibus ex multis pauca commemorasse sufficiat. Nam de modernis temporibus idcirco reticere disposuimus, quia, si veritatem rerum gestarum ad liquidum stilo executi[g] fuerimus, proculdubio odium et offensam[h] quorundam, qui adhuc superstites sunt, incurremus; si autem a veritate recedentes aliter, quam causa se habeat, scripserimus, nihilominus adulationis[i] et mendatii[k] notam incurremus, quia omnibus pene res cognita est. Posteris ergo hoc latius explanandum relinquimus; sed ne haec per omnia inacta[l] preterisse culpemur[m], res tantum gestas ex parte summatim adnotare curabimus.

Igitur anno supra memorato mense Iulii Waltgarius Iul. comes, nepos Odonis[n] regis, filius scilicet avunculi eius Adalhelmi[5], adversus eundem regem cum consilio quorundam rebellionis arma levavit et Lugdunum Clavatum[6] ingressus omni annisu regiae potestati contraire nititur. Quod cum Odo[o] cognovisset, civitatem obsidione cinxit, quam absque mora in deditionem recepit. Deinde omnibus primoribus,

a) in quo—sustinui *desunt B.* b) matfridi *A* 3. c) Obsecro—calumniosam querelam *desunt A.* d) honorosum *B* 1. e) impulit *B* 3. f) Haec—curabimus *desunt A* 3. g) fuer. exec. *A* 1. h) off. incurremus quorundam *A* 1. i) adultionis *B* 2. k) mandatii *B* 1. l) intacta *A* 1. *B* 3. m) videamur *supersc.* vel culpemur *A* 1. n) ruodolfi *A* 1. o) ydo *A* 1 *(pro* ŏdo*)*.

1) *A.* 892 *mense Maio; Ann. Prum. (SS. XV) a.* 892: Regino abba constituitur . . . Kal. Iun., *ubi numerus abscisus est.* 2) *Inter adversarios Reginonis Karolum regem Franciae occidentalis principem locum tenuisse Harttung (Forschungen z. Deutschen Gesch. XIII,* 362—368*) probavit; v. praef. p. V—VI.* 3) *A.* 899; *v. infra.* 4) *Apparet hoc loco multa excidisse, cum verbosae illius relationis, quam in subsequenti linea dicit auctor, plane nihil inveniatur. Atque quoniam in omnibus codicibus ea pariter desiderantur, ipsius codicis autographi folia compluria excidisse vel potius deleta esse necesse est censeamus.* 5) *Comitis Lugdunensis, qui frater Roberti a.* 866 *a Normannis occisi, patruus igitur Odonis fuit, cf. v. Kalckstein, 'Robert der Tapfere' p.* 114. 6) *Laon.*

qui tunc ibi aderant, adiudicantibus eundem Waltgarium[a] decollari iussit, eo quod in conventu publico contra regem et dominum suum gladium evaginasset. Post haec in Aquitaniam proficiscitur contra Ramnulfum[b] et fratrem eius Gozbertum[1] et Ebulonem abbatem de sancto Dionisio et alios nonnullos, qui eius imperiis obtemperare rennuebant[c], ut eorum insolentiam reprimeret.

Aug. 28. Item eodem anno mense Augusto V. Kalendas Septembr.[d] Megingaudus[e] comes[2], nepos supradicti Odonis[f] regis, dolo interfectus est ab Alberico[g.3] et sociis eius in mo*nasterio sancti Xisti[h], quod vocatur Rotila[1.4.*]. * p. 6

Per idem tempus Arn[k], Wirziburgensis[l] ecclesiae venerabilis episcopus hortatu et suasione Popponis Thuringorum[m] ducis[5] ad pugnam contra Sclavos profectus in eadem pugna (Iul. 13). occiditur[n.6]; cuius cathedram Ruodulfus[o.**], frater Cuonradi[p] comitis[7], optinuit et ei in[q] episcopatu successit.

Arnulfus[r] Zuendibolcho[s] filio honores Megingaudi[t] comitis ex parte largitur.

Boppo[u] dux Thuringorum[v] dignitatibus expoliatur; ducatus[w], quem tenuerat, Cuonrado[x] commendatur: quem pauco tempore tenuit et[y] sua sponte eum reddidit[8]. Deinde Burchardo comiti committitur[z], qui hunc[a] actenus[b] strenue gubernat[9].

(893). Odone rege in Aquitania[c] commorante Francorum principes ex permaxima parte ab eo deficiunt, et agentibus Fol-

*) cuius corpus Treverim deportatum apud sanctum Maximinum est sepultum *add. A.*

**) licet nobilis, stultissimus tamen, frater scilicet Conradi et Gebehardi comitum *A.*

a) vualdgarium *A* 1; uualtarium *A* 3. b) arnulfum *B* 3. c) renuebant *A*. d) V. Kal. sept. *desunt A* 3. e) meingaudus *A* 3. f) regis ŏdonis *A* 1. g) alberico *A* 1; alprico *B* 2. h) xysti *A* 1; sixti *A* 3. i) rotila *A*. k) arn — successit *A* 3 *ad a.* 889; arnt *B*. l) uuorzib. *B* 1. m) tyringorum *A* 1; *deest A* 3. n) *deest A* 1. o) rodulfus *A* 1; rodolfus *A* 3. p) conradi *A*; cuanradi *B*. q) *deest B* 2. r) arnolfus *A* 1. *B* 3. s) zuentibolcho *A* 1. *B* 3. t) meginhardi *A* 1; meingaudi *A* 3. u) Poppo *A*. v) duringorum *A* 1; thuringiae *A* 3. w) et duc. *A* 1. x) cyonrado *A* 1; conrado *A* 3; cuanrado *B*. y) quia *A* 1. z) committitur *B* 1. 2. a) eum *A*. b) hactenus *A* 1; aliquamdiu gubernavit *A* 3. c) aquitaniam *B* 1.

1) *Ramnulfi I. (cf. a.* 867*) filios; cf. Wenck, 'Erhebung Arnulfs' p.* 54—58, *v. Kalckstein, 'Gesch. d. franz. Königtums' I,* 58. 2) *Comes pagorum Wormsfeld et Maienfeld, filius comitis Megingoz ex sorore Odonis; cf. Kalckstein I,* 466; *Dümmler III,* 358. 3) *Qui supra (a.* 883*) inter sodales Hugonis commemoratus est; v. infra a.* 896. 4) *Retel ad Mosellam. P.* 5) *Qui Heinrici comitis a.* 886 *occisi frater primum a.* 880 *comes limitis Sorabici commemoratur; Dümmler III,* 169 *n.* 1. 6) *Iul.* 13; *Dümmler III,* 355. 7) *Filii videntur fuisse Udonis comitis, filii Gebehardi; Dümmler III,* 489 *n.* 1. 8) *Ante a.* 895; *Dümmler III,* 357. 9) *Occisus a.* 908 *Aug.* 3; *Dümmler III,* 551 *sq.*

cone[a] archiepiscopo[1], Heriberto et Pippino comitibus[2] in Remorum civitate Carolus[b] filius Ludowici[c] ex Adalheide[d] regina, ut supra meminimus[3], natus in regnum[e] elevatur[4].

893.

Anno dominicae incarnationis DCCCXCIII. Arnulfus[f] (892). Baioaria[g] egressus Franconofurt[h] venit[5] et Rhenum[i] transiens civitates, quae in regno Lotharii[k] sunt, ex maxima parte 893. circuivit[6]; in quo itinere ingentia dona illi ab episcopis oblata sunt.

Odo[l] compositis rebus in Aquitania[m] in Franciam revertitur et cum Ruotberto[n] fratre Carolum fugat, defectores persequitur.

Ebulo abba de sancto Dionisio, cum quoddam castrum (892). in Aquitania[m] situm ardentius expugnaret, ictu lapidis periit[o.7]; monasterium[p] sancti Dionisii[q] Odo[r] ad suum servitium revocat.

Carolus[b] vires Odonis[s] ferre non valens patrocinia Ar- (894). nulfi[t] supplex exposcit. Estivo siquidem[u] tempore iamdictus rex conventum publicum Wormatia[v] civitate celebravit[w.8], ubi Carolus venit et Arnulfum[x] magnis[y] muneribus[z] sibi conciliat regnumque, quod usurpaverat, ex eius manu percepit. Iussum est etiam[a], ut episcopi et comites, qui circa Mosam residebant, illi auxilium ferrent et eum[b] in regnum inducentes in sede regia[c] inthronizarent[d]. Sed neutrum horum illi quicquam profuit. Denique Odo[e] rex hoc audiens cum exercitu super ripam Axani fluminis[9] sedit et copias Arnulfi[f] intrare in[g] regnum[h] nullatenus permisit. Duces regis cernentes Odonem[i] viriliter paratum esse ad pugnam ab eo declinaverunt[k] et ad propria reversi sunt. Carolus[l] in Burgundiam secessit et Odone[m] Parisius revertente rursus[n] fines[o] regni occupat, Odonis[p] fideles insectatur. Et sic[q] alternatim ex utraque parte multi pereunt, ingens malicia, innumerabiles rapinae et assiduae predae fiunt.

a) *deest A* 3. b) Karolus *A*. c) lodewici *A* 3; lununici *B* 1. d) adelheide *A* 3; adaleide *B*. e) regno *B* 3. f) Arnolfus *A* 1. g) e bauuaria *A* 3. h) franconevord *A* 3. i) hrenum *A* 1. k) hloth. *A* 1; luth. *B* 1. l) oydo *A* 1. m) equitania *A* 1. n) ruodberto *A* 1; rotberto *A* 3. o) perigit *A* 1; occubuit *A* 3; perit *B* 1. 2. p) Tunc odo mon. s. dionisii ad *A*. q) dyonisii *A* 1. r) yodo *A* 1. s) yodonis *A* 1. t) arnolfi *A* 1. u) *deest B*. v) in uuorm. *A* 3. *B* 3. w) celebrat *A* 1; celebraret *B* 2. x) arnolfum *A* 1. y) multis *A*. z) sibi mun. *A* 1. a) est enim etiam *B* 1. 2. b) eum in r. induc. *desunt A*. c) in regia sede *A* 1; in sedem regiam *A* 3. d) inthronuzarent *A* 1. e) yodo *A* 1. f) arnolfi *A* 1. g) *deest A*. h) regnum intrare *A* 1; *deest A* 3. i) yodonem *A* 1. k) declinarunt *B*. l) Karolus *A*; Kar. autem *A* 1. m) yodone *B* 3. n) cursus *B* 1. o) regni fines *A*. p) et yodonis *A* 1. q) sicque *A*.

1) *Remensi* 883—900; *v. infra a.* 902. 2) *Nepotibus Bernhardi regis; v. supra a.* 818. 3) *A.* 878. 4) *A.* 893 *Ian.* 28; *Dümmler III,* 383. 5) *Mense Novembri a.* 892; *Dümmler III,* 357. 6) *Februario a.* 893; *Dümmler III,* 359. 7) *Iam a.* 892 *Oct.* 2; *v. supra.* 8) *Anno* 894 *mense Iunio; v. infra, Dümmler III,* 382 *et* 386 *sq.* 9) *Aisne.*

894.

Anno dominicae incarnationis DCCCXCIIII. Arnulfus[a] cum valido exercitu Langobardorum terminos intravit[1] et
Febr. 2. circa purificationem sanctae Mariae castrum, quod nuncupatur *Pergamum[2], armis cepit et[b] Ambrosium comitem ipsius * p. 606.
civitatis laqueo[c] ante portam ipsius[c] urbis in quadam arbore suspendit. Unde tantus timor super[d] reliquas civitates cecidit, ut nullus auderet contradicere, sed omnes obviam pro-
(Mart.). cederent venienti. Pervenit autem usque Placentiam; inde conversus per Alpes Penninas[e] Galliam intravit et ad[f] sanctum Mauricium venit. Ruodulfum[g], quem quaerebat, nocere non potuit, quia montana conscendens in tutissimis locis[h] se absconderat. Regionem inter Iurum et montem Iovis exercitus graviter adtrivit.

(Iun.). Post haec Wormaciam venit: ibi[i] placitum tenuit[3], volens Zuendibolch[k] filium suum[b] regno Lotharii[l] preficere; sed minime optimates predicti regni ea vice assensum prebuerunt. Soluto conventu cum ad[m] Lorasham[n] isdem princeps venisset, Ludowico[o] filio Bosonis[p] matre Irmingarde[q.4] interveniente quasdam civitates cum adiacentibus pagis, quas Ruodulfus[r] tenebat, dedit; sed et hoc ei in vacuum cessit, quia eas nullo modo de potestate Ruodulfi[s] eripere[t] prevaluit[5].

Eodem anno[6] Wido, qui Italiam regebat et imperatoris tenebat nomen, moritur. Lanbertus[u] filius eius regnum optinuit et Romam veniens diadema imperii a presule sedis apostolicae sibi imponi fecit.

(895). Per idem tempus Hildegardis[v] filia Ludowici[o] regis, fratris Carlomanni[w] et Caroli[w], a quibusdam ad Arnulfum[x] accusata[7] regiis possessionibus privatur et privata in exilium destinatur in monasterio puellarum, quod Chemissem[y.8] dicitur; sed non post multum[z] tempus in gratiam rediit[a] et * p. 6
sua ex maiori parte recepit[b].

a) arnolfus *A* 1. b) *deest B.* c) *deest A.* d) in *A.* e) appenninas *A.* f) *deest B* 1. 2; sanctum usque *corr. B* 2. g) Ruodolfum *A* 1; Rodolfum *A* 3; Rudulfum *B* 1; Rodulfum *B* 3. h) *deest A* 3; se locis *A* 1. i) ibique *A* 1 *(deest A* 3*)*; ubi *B* 3. k) zuendibold *A* 1; zuendibolh *A* 3; zuentibolch *B* 3. l) hloth. *A* 1. m) *deest B* 1. n) laureshам *A* 1; laureshеim *A* 3. o) hlud. *A* 1. p) bonis *B* 2. q) hirmingarde *B.* r) ruodolfus *A* 1; rodolfus *A* 3; rodulfus *B.* s) ruodolfi *A* 1; rodolfi *A* 3. t) *deest A* 1; tollere *A* 3. u) lambertus *A*; lantbertus *B* 3. v) hildigardis *A* 1; ildigardam *A* 3. w) Karl.. Kar. *A* 3 *semper.* x) arnolfum *A* 1. y) chemisse *A* 3. z) non multum post t. *A* 1; paulo post *A* 3. a) redit *B* 1. 2. b) cepit *B* 1. 2.

1) *De qua expeditione cf. Dümmler III,* 374—381. 2) *Bergamo.* 3) *De hoc conventu Dümmler III,* 382 *et* 388; *cf. supra a.* 893. 4) *Cf. a.* 877. 5) *Wormatia Zuentipolchum cum exercitu contra Rudolfum misit.* 6) *Post reditum Arnulfi: Lantbertus iam a.* 892 *Apr.* 30 *cum patre a Formoso papa imperator coronatus est; Dümmler III,* 381 *et* 372. 7) *Coniurationis cum Engildeone marchione factae; Dümmler III,* 393 *sq.* 8) *Chiemsee.*

Circa[a] haec etiam tempora Zuendibolch[b] rex Marahensium Sclavorum[c], vir inter suos prudentissimus et ingenio callidissimus, diem clausit extremum; cuius regnum filii eius[1] pauco tempore infeliciter tenuerunt, Ungaris[d] omnia usque ad solum depopulantibus. 894.

895.

Anno dominicae incarnationis DCCCXCV. sinodus[e] magna[2] celebrata est apud Triburias contra plerosque seculares, qui auctoritatem episcopalem inminuere temptabant[f]; ubi XXVI episcopi cum abbatibus monasteriorum residentes plurima decreta super statum sanctae ecclesiae scripto roboraverunt. Post haec Arnulfus[g] Wormatiam venit ibique optimatibus ex omnibus regnis suae[h] ditioni subditis sibi occurrentibus conventum publicum[i] celebravit; in quo conventu omnibus assentientibus atque collaudantibus Zuendibolch[k] filium regno Lotharii prefecit. (Mai.). (Ann. Prum.).

In eodem placito Odo rex cum magnis muneribus ad Arnulfum[l] venit, a quo honorifice susceptus est. Omnibusque[m] impetratis, pro quibus venerat, cum in regnum reverteretur, Folconem episcopum et Adalongum[n] comitem sui mansionarii[3] ad Arnulfum[l] cum exeniis[o] a Carolo missis venientes in media via offenderunt. Super quos cum[p] clamore impetum faciunt: episcopus fuga dilabitur, Adalongus[q] mortali vulnere sauciatur, sarcinae diripiuntur; predictus comes in Trigorio in villa, quae dicitur Belthomus[r][4], sepelitur.

Eodem anno Zuendibolch[s] collecto inmenso exercitu cupiens amplificare terminos regni sui quasi Carolo adversus Odonem auxilium laturus[5] Lugdunum Clavatum venit et civitatem[t] obsidione cinxit; sed minime eam capere potuit, quamvis multis diebus summis viribus certatim dimicatum esset. Audiens autem Odonem cum exercitu *advenire, qui ea tempestate in Aquitania[u] morabatur, cum omnibus copiis recessit et in proprio regno se recepit.

* p. 607.

a) Zuendibolh—populantibus *A* 3 *a.* 893. b) zuendibold *A* 1; zuendibolh *A* 3; zuentibolch *B* 3. c) slavorum *A* 3. d) ungariis *A* 1. e) sinodus—in proprio regno se recepit *A* 3 *a.* 894. f) tentabant *A* 1. g) arnolfus *A* 1. h) suae regnis *A* 1. i) pulicum *B* 1. k) zuendibold *A* 1; zuendibolh *A* 3; zuentibulch *B* 2; zuentibolch *B* 3. l) arnolfum *A* 1; *deest A* 3. m) Omnibus *B* 3. n) adlongum *A* 1; adolongum *A* 3. o) muneribus *A* 3; exxeniis *B* 1. 2; ex *punctis deletum B* 2. p) *deest A* 1. q) adol. *A* 3. r) beltomus *superscripta littera* h *A* 1, beltolmus *A* 3. s) zuendibold *A* 1; zuendibolh *A* 3; zuentibolch *B* 3. t) et civitatem et civitatem *A* 1. u) equitaniam *A* 1; equitaniam *B* 2.

1) *Moimir et Zuentipolch; Dümmler III,* 390—393. 2) *De quo cf. Phillips, 'Die grosse Synode von Tribur' (Wiener Sitzungsber. XLIX), Dümmler III,* 395—406. *Cuius synodi acta nota Reginoni videntur fuisse.* 3) *Qui mansionem principi parabant; cf. Hincmarum de ordine palatii c.* 23. *P.* 4) *Beltem in pago Trechergau in sinistra Rheni ripa inter Bacharach et Coblenz.* 5) *Vocatus a Caroli sectatoribus, qui ei partem regni illius promiserant; Dümmler III,* 410.

Ea[a] tempestate[1] Ludelmus venerabilis vir in Tullensi ecclesia a metropolitano Rathbodo[b.2] ac suis suffraganeis episcopus consecratur.

896.

Anno dominicae incarnationis DCCCXCVI. Arnulfus[c] secundo[d] Italiam ingressus[3] Romam venit et urbem Roma-
(Febr.). nam cum consensu summi pontificis armis cepit. Quod retro ante[e] seculis ideo inauditum, quia[f] non factum fuit, excepto quod Galli Senones cum Brennone duce multo ante nativitatem Christi tempore semel fecerunt[g.4]. Mater Lanberti[h.5], quae ad presidium a filio relicta fuerat, cum suis latenter aufugit.
(Ann. Prum.). Arnulfus[c] civitatem ingressus a[i] Formoso apostolicae sedis presule cum magno honore susceptus est et ante confessionem
(Febr. 22). sancti Petri coronatus imperator creatur[6]. Inde revertens[7] paralisi[k] morbo gravatur, ex qua infirmitate diu languescit.
(Mart.). Eodem anno Lanbertus[l] filius Widonis, de[m] quo paulo superius mentionem fecimus, vita decedit[8], et Ludowicus
(898). filius Bosonis a Langobardis[n] invitatus a Provincia egressus Italiam intrat.
Nov. 30. Per idem tempus circa festivitatem sancti Andreae[o] Albricus[p] comes, qui Megingaudum[q] occiderat[9], a Stephano fratre Walonis[10] interficitur.

897.

(896). Anno dominicae incarnationis DCCCXCVII. Stephanus, Odacar[r], Gerardus[s] et Matfridus comites honores et[t] dignitates, quas a rege acceperant, perdunt[11]. Zuendibolch[u] Treveris[v] cum exercitu venit, terram, quam prefati tenuerant, inter suos dividit, monasterium ad Horrea[12] et monasterium sancti Petri, quod Mettis[w] situm est, sibi reservans.

a) Ludelmus—consecratur *A* 3 *a.* 893. b) Rathboldo *A* 1. c) Arnolfus *A* 1. d) sedundo *B* 1. e) ante—multo *desunt B* 2. f) qui *B* 1. g) receperunt *A* 1; eam ceperant *A* 3. h) lantberti *A* 1. *B* 3; lamberti *A* 3. *B* 2. i) a—presule *desunt A* 3. k) maralisi *A* 1. l) lantbertus *A* 1. *B* 3; lambertus *A* 3. m) de—fecimus *desunt A* 3. n) longob. *B* 1. 2. o) andrae *B* 2. p) albericus *A* 3. q) meginhardum *A* 1; meingaudum *A* 3. r) Odocar *A* 1. s) gerhardus *A* 3. t) dignitatesque *A* 1; honores et *desunt A* 3. u) zuendibold *A* 1; zuendibolh *A* 3; zuentibolch *B* 3. v) treviris *A* 1; treverim *A* 3. w) metis *A*.

1) *Ineunte a.* 895 *Arnaldo episcopo* 894 *Dec.* 4 *mortuo.* 2) *Archiepiscopo Treverensi. P.* 3) *De qua expeditione Dümmler III,* 413—423. 4) *Alarici, cuius ipse supra mentionem fecit, hoc loco auctor plane oblitus est.* 5) *Ageltruda Adalgisi ducis Beneventani filia.* 6) *Febr.* 22, *ut videtur; Ann. Prum. (SS. XV)* 896: Arnulfus imperator efficitur. 7) *Non in reditu, sed in expeditione contra Ageltrudam suscepta mense Martio.* 8) *A.* 898 *Oct.* 15; *Dümmler III,* 432. *Ludowicus a.* 900 *demum Alpes transgressus est; v. infra* 898. 9) *V. supra a.* 892. 10) *Cuius filius Burchardus Giselam Megingaudi viduam in matrimonium duxerat; Dümmler III,* 517 *sq.* 11) *A.* 896; *Dümmler III,* 456. 12) *Oeren in urbe Trier.*

Post haec patrem super uxorem[a], quam accipere de- 897.
siderabat, per legatos consulit. Eius hortatu ad Ottonem[b] comitem[1] missum dirigit, cuius[c] filiam nomine Odam[d] in coniugium exposcit. Ille petitionibus eius gratanter assensum prebuit eique filiam tradidit, quam post pascha[e] celebratis nuptiis sibi in matrimonium sociavit.

Eodem anno Arnulfus[f] Wormatiam venit ibique placitum tenuit[2]; ubi ad eius colloquium Zuendibolch[g] occurrit, et interventu imperatoris Stephanus, Gerardus[h] et Matfridus cum filio reconciliantur[i].

Ea tempestate[3] inter Ruodulfum[k] episcopum Wirziburgensem[l] et filios Heinrici ducis Adalbertum, Adalardum[m] et Heinricum magna discordiarum lis et inplacabilis odiorum controversia ex parvis minimisque rebus oritur et, velut[n] ex permodica scintilla[o] ingens incendium excitatur, ita de die in diem succrescens in inmensum dilatatur. Et dum de nobilitate carnis, de parentum numerosa multitudine, de magnitudine terrenae potestatis ultra, quam decet[p], se extollunt, in mutuis caedibus prorumpunt; innumerabiles ex utraque parte gladio pereunt, truncationes manuum ac pedum fiunt, regiones illis subiectae rapinis et incendiis solotenus devastantur.

898.

Anno dominicae incarnationis DCCCXCVIII. Odo rex (Ann. Prum.).
egritudine pulsatur et mense Ia*nuario, tertio die[q] eiusdem Ian. 3.
* p. 608.
mensis[4], diem clausit[r] extremum et apud sanctum Dionisium cum debito honore sepulturae mandatur. Principes in unum congregati pari consilio et voluntate Carolum super se regem constituunt.

Eodem anno[5] Zuendibolch[s] Reginarium ducem sibi fidissimum et unicum consiliarium, nescio cuius instinctu, a se repulit[t] et honoribus, hereditatibus[u], quas in suo regno habebat, interdictis eum extra regnum infra XIIII dies secedere iubet. Ille adiuncto sibi Odacro[v] comite et quibusdam aliis cum mulieribus[w] et parvulis et omni supellectili[x] in

a) uxore *A* 3. *B* 2. b) otonem *B* 2. c) eius *B*. d) ŏdam *A* 1. *B* 1; *deest A* 3. e) pasca *B* 1. 2; pauca *B* 3. f) arnolfus *A* 1. *B* 2; *deest A* 3; arnurfus *B* 1. g) zuendibold *A* 1; zuendibolh *A* 3; zuendibolc hoccurrit *expuncto* h *B* 2; zuentibolch *B* 3. h) gerhardus *A* 3. *B* 2. 3. i) reconliantur *B* 1. k) ruodolfum *A* 1. *B* 1; rodolfum *A* 3. l) vuirziburgense *A* 1; uuirceburgensem *A* 3; uuirziburbgense *B* 3. m) adalhardum *A* 1; adelhardum *A* 3. n) velud *A* 1. *B* 2. o) scintella *B* 1. p) dicet *A* 1; dicet *corr.* decet *B* 2. q) die tertio *A*. r) claudit *B* 1. 3. s) Zuendipold *A* 1; Zuendibolh *A* 3; zuentibolch *B* 3. t) reppulit *A* 3. *B* 3. u) hereditatibusque *B* 1. 3. v) odocro *A* 1. w) muneribus *A* 1. x) scippell. *B* 1; suppell. *B* 2.

1) *Saxonem, ut videtur; Dümmler III,* 455. 2) *Mense Maio; Dümmler III,* 454—457. 3) *A.* 902 *demum inimicitiae aperte ortae sunt; cf. Dümmler III,* 524. 4) *Secundum alios Ian.* 1; *Dümmler III,* 436. 5) *De his rebus Dümmler III,* 466—469.

quoddam[a] tutissimum locum, quod[b] Durfos dicitur[1], intravit ibique se communivit. Quod cum rex cognovisset, coadunato exercitu castrum expugnare conatus est, sed minime prevaluit propter paludes et multiplices refusiones, quas in predicto loco Mosa fluvius facit. Rege ab obsidione recedente prefati[c] comites Carolum adeunt et eum cum exercitu in regnum introducunt. Zuendibolch[d], quamvis[e] sero[e], intellegens[f] se[g] circumventum, cum perpaucis[h] fuga dilabitur; Carolus recto itinere Aquis[e]·* venit, deinde Niumagam[i] perrexit. Interea Zuendibolch[k] ad Franconem[l] episcopum[2] venit et eum cum omnibus suis secum adsumens Mosam transiit et ad Florichingas[m]·[3] venit, ubi omnes proceres regni, qui in illis partibus erant, ad eum confluxerunt[o]. Ex[p] desperatis itaque rebus vires se recepisse congaudens resumpta fiducia contra emulum ad pugnam proficiscitur. Carolus a Niumaga revertens Prumiam venit et inde adversus Zuendibolch[k] copias transfert; sed adpropinquantibus ex utraque parte exercitibus nequaquam pugna[q] committitur, sed intercurrentibus legatis pax firmatur, sacramenta iurantur; Carolus transvadata Mosa in suum[r] regnum regreditur.

Dum haec in Francia[s] geruntur, inter Ludowicum[t] et Berengarium[u] in Italia plurimae congressiones fiunt[4], multa certaminum discrimina vicissim sibi succedunt. Novissime
(901). Ludowicus[v] Berengarium[w] fugat, Romam ingreditur, ubi a summo pontifice coronatus imperator appellatur.

898. Per idem tempus Eworhardus[x] dux[5] filius Meginardi[y] a[z] Waltgario[a] Fresone[b] filio Gerulfi[c]·[6], cum[d] venatum[e] pergeret, dolo trucidatur; ducatus, quem tenuerat, Meginhardo[y] fratri ab imperatore committitur[f].

899.

Anno dominicae incarnationis DCCCXCVIIII.[g] Zuendibolch[h] colloquium habuit cum optimatibus Arnulfi[i] et Caroli

*) Tucicha *add. alia manus in cod. B* 1.

a) *deest A* 3; quodam *B* 1; quoddam *corr.* quendam *B* 2. b) qui *B* 1. c) fati *B* 1. d) Zendibold *A* 1; Zuendibolh *A* 3; zuentibolch *B* 3. e) *deest A*. f) intelligens *A*. g) *deest B* 2. h) paucis *A* 3. i) niumagum *A* 3. k) Zuendipold *A* 1; zuendibolh *A* 3. zuentibolch *B* 3. l) fanconem *B* 1. m) floricingas *A* 3; florithingas *B* 3. n) *deest B* 1 *lacuna relicta*. o) confluxerant *A* 1. p) Et *A* 1. q) pugnam *A* 1. r) in regnum suum *A*. s) frantia *B* 1. 3. t) lod. *A* 3. u) bering. *A* 1. v) ludouuicum *A* 1. *B* 1; lodouuicus *A* 3. w) berang. *A* 1; berengarius *corr. B* 1. x) euerhardus *A* 3. y) meginh. *A* 1; meinh. *A* 3. z) et *A* 1. a) uualtario *A* 3. b) frisone *A* 1. c) gerulfum *A* 1; gerolfi *A* 3. d) *deest A*; cum ven. pergeret *desunt A* 3. e) venatu *A* 1. *B* 2. f) cum mittitur *B* 2. g) DCCCXCVIII. *A* 1. h) Zuendipold *A* 1; zuendibolh *A* 3; zuentibolch *B* 3. i) arnolfi *A* 1.

1) *Ignotum.* 2) *Leodicensem* 854—901. 3) *Flörchingen prope Diedenhofen.* 4) *Inde ab a.* 900; *v. supra* 897. *A.* 900 *Oct.* 12 *Ludowicus Paviae rex electus et a.* 901 *mense Febr. Romae a Benedicto IV. papa imperator coronatus, a.* 902 *autem ex Italia pulsus est; Dümmler III,* 536. 5) *Comes Frisiae; de quo v. supra* 881 *et* 885. 6) *A.* 885 *commemorati; cf. Dümmler III,* 465 *sq., Hirsch, 'Jahrb. Heinrichs II.' I,* 340.

et suis apud sanctum Goarem; ex regno Arnulfi[a] interfuerunt Hattho[b] archiepiscopus, Cuonradus[c] et Gebehardus[d] comites, ex parte Caroli Haschiricus[e] episcopus et Odacar comes. Quid vero in eodem conventu seorsum sine presentia regis pertractatum sit, postea eventus rei luce clarius manifestavit[1].

Eodem anno Richarius abba monasterii Prumiensis con- (Ann. Prum.). stituitur[2]. Qualiter[f] autem erga me actum sit, idcirco hoc in loco notare distuli, ne forte iniuriis provocatus ultra, quam christiana patientia permittit, persecutionis meae[g] causas exaggerasse viderer et ne prolixae rationis oratio[h], quae multiplex atque perplexa est, fastidium inferret audientibus. Res[i] enim gestas, ut supra premisimus, notare statuimus, non rerum gestarum causas certis rationum indiciis enucleare. Et qui in aliorum actionibus brevitati studemus, in nóstris verbositatis vitium cavere debemus.

Zuendibolch[k] denuo cum exercitu[l] ad Durfos[m] venit, * p. 609. munitionem totis viribus expugnare molitur. Sed cum *minime conatus eius proficeret, episcopis iubet, ut Reginarium[n] et Odacrum et socios eorum anathematizarent[o]; sed cum illi anathematis sententiam proferre recusarent, minis[p], exprobrationibus et contumeliis utitur, et sic soluta obsidione unusquisque ad propria redit[q].[3]

Ea tempestate Odilbaldus[r] sanctus vir, Treiectensis[s] ecclesiae presul, e rebus humanis sublatus ad caeleste regnum transivit, in cuius loco subrogatus est Ratbodus[t] venerabilis antistes.

Circa confinia memorati anni Arnulfus[u] imperator mi- (Ann. Prum.). gravit a seculo[4] III. Kal.[v] Decembris sepultusque[w] est honori- Nov. 29. fice in* Odingas[x], ubi et pater eius tumulatus iacet.

900.

Anno dominicae incarnationis DCCCC. proceres et optimates, qui sub dicione[y] Arnulfi[z] fuerant, ad Foracheim[a].[5]

*) in Radispona in basilica sancti Emmerammi martyris, quem ipse, dum vixit, multum veneratus est *cod. A* 1*b, quem sequuntur codd. A* 1*c—e ex illo derivati.*

a) arnolfi *A* 1. b) hatto *A*. c) conr. *A* 3; cuanr. *B* 1. 3; cunr. *B* 2. d) geveh. *A* 3. e) haischericus *A* 3; aschericus *B* 3. f) Qualiter—cavere debemus *desunt A* 3. g) mae *B* 2. h) ratio *A* 1. i) Rex *B* 1. k) Zuendipold *A* 1; zuendibolh *A* 3; zuentibolch *B* 3. l) excitu *B* 1. m) dorfos *A* 1. n) regingarium *A* 1. o) anathematizerent *A* 1. p) nimis *B* 1. q) recessit *A* 3; rediit *B* 3. r) Odalbaldus *A* 1. s) traiectensis *A* 3. t) ratboldus *A* 1. u) arnolfus *A* 1. v) *in rasura A* 1. w) sepultusque — iacet *in rasura A* 1, *sed eadem manu; ibidem manu s. XII. ex. in margine ascriptum:* perdes omnes, qui loquuntur mendatium. x) otingas *A* 1; huodingas *A* 3. y) sidione *corr.* siditione *A* 1. z) arnolfi *A* 1. a) forachaim *B* 2.

1) *Conf. Dümmler III,* 469 *sq.* 2) *V. supra a.* 892. 3) *Dümmler III,* 470 *sq.* 4) *Secundum alios Dec.* 8; *sepultus est Ratisponae in monasterio S. Emmeramni. Conf. Dümmler III,* 473 *sq.* 5) *Forchheim Febr.* 4; *Dümmler III,* 495 *sq.*

(Febr. 4.) in unum congregati[a] Ludowicum[b] filium prefati principis, quem ex legitimo matrimonio susceperat, regem super se creant et coronatum regiisque ornamentis[c] indutum in fastigio regni sublimant.

Dum haec in Germania aguntur, inter Zuendibolch[d] et primoribus[e] regni inexpiabilis oritur dissensio[1] propter assiduas depredationes et rapinas, quae in regno fiebant, et quia cum mulieribus et ignobilioribus regni negotia disponens honestiores et nobiliores quosque deiciebat et honoribus et dignitatibus expoliabat. Pro huiuscemodi itaque causa omnibus odiosus efficitur. Certatim igitur ad Ludowicum[f] transeunt eumque in regnum introducunt et[g] in Theodonis villa manibus datis eius dominationi se subiciunt. Ludowico[f] trans Rhenum[h] eunte Zuendibolch[i] coadunatis, quoscumque[k] potuit, civitates regni circuit, incendiis ac rapinis cuncta devastat, arbitratus defectores, qui propter eius insolentiam et inmanem maliciam ab eo defecerant, inmaniora et peiora faciens ad se revocare posse. Ludowicus[f] in regnum rursus accersitur, et a comitibus Stephano, Gerardo[l] et Matfrido circa Mosam
(Ann. Prum.). isdem Zuendibolch[i] in prelio interficitur Idus[m] Augusti. Eodem
Aug. 13. anno Gerardus[n] comes Odam uxorem eiusdem Zuendibolch[o] regis sibi in matrimonium copulat.

901.

(899). Anno dominicae incarnationis DCCCCI. gens Hungarium[p] Langobardorum fines ingressa caedibus, incendiis ac rapinis crudeliter cuncta devastat[2]. Cuius violentiae ac beluino furori cum terrae incolae in unum agmen conglobati resistere conarentur, innumerabilis multitudo ictibus[q] sagittarum periit[r],
(Sept. 24). quam plurimi episcopi et comites trucidati sunt[s.3]. Liudwardus[t]
(900). episcopus Vercellensis[u] ecclesiae, Caroli quondam imperatoris familiarissimus et consiliarius a secreto, assumptis secum opibus atque incomparabilibus thesauris, quibus ultra, quam estimari potest, habundabat, cum effugere eorum cruentam ferocitatem omnibus votis elaboraret, super eos inscius incidit
(Iun. 24). ac mox interficitur; opes, quae secum ferebantur, diripiuntur.

a) congretati *A* 1. b) lod. *A* 3; ludouuichum *B* 2. c) hornam. *B* 3. d) zuendipoldum *A* 1; zuendibolh *A* 3; zuendibold *ex correct. B* 2; zuentibolch *B* 3. e) prioribus *A* 1 *(deest A* 3*)*. f) lod. *A* 3. g) *deest A* 3; euntheodonis *A* 1. h) renum *A* 1. i) zuendipold *A* 1; zuendibolh *A* 3; zuentibolch *B* 3. k) quosque *A* 1. l) gerado *A* 1; gerhardo *A* 3. m) idibus *A* 3. n) Gerhardus *A*. o) zuendipoldi *A* 1; *deest A* 3; zuentibolch *B* 3. p) ungarorum *A* 3 *(ex Ekkehardo)*. q) actibus *A* 1. *B* 2; act. *corr.* ict. *B* 1. r) perit *B* 1. s) trucidantis *A* 1; trucidantur *A* 3. *B* 3; trucidati s *in rasura B* 1; trucidantes *corr.* trucidatis *B* 2. t) liutuuardus *A* 3; liuduuuardus *B* 1. 2. u) vercelensis *B* 2.

1) *Conf. Dümmler III,* 501 *sq.* 2) *Annis* 899—900; *Dümmler III,* 507—510. 3) *In pugna a Berengario rege contra Ungaros a.* 899 *Sept.* 24 *ad Brentam fluvium commissa.*

Eodem anno Stephanus comes, frater Walonis[1], cum in secessu residens nocturnis horis alvum purgaret, a quodam per fenestram cubiculi sagittae toxicatae[a] ictu graviter vulneratur, ex quo vulnere eadem nocte extinguitur. 901.

902.

* *p.* 610. *Anno dominicae incarnationis DCCCCII. Adalbertus cum fratribus Adalardo[b] et Heinrico collecta valida manu adversus Everhardum[c] et Gebehardum et Ruodulfum[d] fratres, de quibus paulo[e] superius[2] mentionem fecimus, ex castro, quod Babenberh[f] dicitur, prosiliens ad pugnam processit. Cuius impetum illi[g] viriliter excipientes ferro aciem irrumpunt, obvios quosque terrae prosternunt nec ante desistunt, quam adversariorum agmen fugam inire compellant; in quo certamine Heinricus interfectus est et Adalardus[h] captus et post modicum iussu Gebehardi decollatus est[i]. Everhardus[k] etiam multis vulneribus confossus in prelio cecidit, ubi finito conflictu inter cadavera occisorum a suis inventus domum reportatur et paucis interpositis diebus et ipse moritur.

903.

Anno dominicae incarnationis DCCCCIII.[1] Adalbertus Ruodulfum[m] episcopum de Wirziburgensi[n] ecclesia fugat et res et possessiones prefatae ecclesiae crudelissime depopulatur, filios etiam Everhardi[k] simul cum matre[o] a propriis hereditatibus et honoribus regio munere concessis exire compellens ultra Spechtheshart[p].[3] secedere cogit.

Circa[q] haec tempora Folco[r] Remorum[s] archiepiscopus (900).
a quodam Winemaro[t] satellite Balduini[u] comitis interfectus est[4]. Causa autem huius interfectionis haec fuisse memoratur. Predictus Balduinus[v].[5] Atrabatis[w] castrum, videlicet abbatiam sancti Vedasti, nullo sibi concedente invaserat[6]; quam Carolus (892).
rex ei auferens Folconi episcopo eandem in beneficium largitus est[7]. Quod[x] Balduinus[v] aegre ferens misit ad iam dictum (899).
episcopum Winemarum[y], obsecrans, ne honores, quos hactenus

a) taxicatę *B*. b) adalhardo *A* 1. c) eberhardum *A* 1; Conradum *A* 3. d) ruodolfum *A* 1; *deest A* 3; rŏdulfum *B* 1; rodulfum *B* 2. 3. e) *deest B* 2. f) babenberch *A* 3. g) *deest A* 1. h) adalhardus *A* 1. i) *deest B* 1. k) Eberh. *A*. l) dcccclı *A* 1. m) ruodolfum *A* 1; rodolfum *A* 3; rŏdulfum *B* 1; rodulfum *B* 2. 3. n) uuizib. *A* 1; uuirceb. *A* 3. o) cum patre *A* 1; sicut et patrem *A* 3. p) Spectheshart *A* 1; spehtheshart *A* 3. *B* 2. q) Circa—Predictus *desunt A* 3. r) *deest A* 1; fulco *B*. s) *deest A* 1. t) Vuinimaro *A* 1. u) Palduuini *A* 1. v) balduuinus *A* 1; baldevinus *A* 3. w) atrabatus *A* 1. x) Qui *B* 3. y) uuinimarum *A*.

1) *V. supra a.* 883 *et* 896. 2) *A.* 892 *et* 897; *cf. Dümmler III,* 521—525. 3) *Spesshart; cf. Dümmler III,* 526 *sq.* 4) *A.* 900 *Iun.* 17; *Dümmler III,* 518—520. 5) *Balduinus Calvus, comes Flandriae; v. supra a.* 818. 6) *A.* 892 *mortuo abbate Rudolfo, cuius consanguineus fuit.* 7) *A.* 899 *Karolus abbatiam S. Vedasti Altmaro comiti dedit, qui pro ea abbatiam S. Medardi Fulconi concessit.*

tenuerat atque possederat[a], ipse cupiditate[b] ductus sibi usurparet; insuper etiam ingentia dona pollicitus est, si eius ope et interventu prefatam possessionem optinere posset. Sed cum episcopus minime assensum preberet et nescio quid
(900). durius et amarius, quam oportebat, responderet, ille diabolo instigante furore nimio succensus ab eo divertit et quandam silvam cum sociis ingressus, cum[c] idem Folco[d] a Compendio palatio a rege reverteretur, super eum irruit et eum absque
(Iun. 17). mora trucidavit[e]. In Remorum cathedra[f] Heriveus[g] sublimatus[h] est, qui eundem Winemarum[i] cum multis aliis episcopis excommunicavit et pro tam inaudito scelere[k] perpetuo anathemate condempnavit.

905.

Anno dominicae incarnationis DCCCCV.[1] Ludowicus[m] filius Bosonis[n], quem supra meminimus[l] imperatoris nomen esse sortitum, Berengarium de Italia expulit atque omne illud regnum suae ditioni subegit. Cernens autem nullum sibi resistere aut posse aut audere ultra, quam oportebat, de securitate presumens ea, quae pacis et quietis sunt, cepit
(Iul. 21). cogitare. Absoluto itaque exercitu[o] cum perpaucis Veronam ingressus est adhortante Adalardo[p] prefatae urbis episcopo. Cives autem hoc Berengario summa cum festinatione notum fecerunt, qui eo tempore in Baioaria exulabat. Ille nihil[q] moratus contractis[r] undique copiis Veronam pervenit atque inprovidum virum dolo cepit et captum luminibus privavit. Siquidem cives, qui partibus eius favebant, *portas[s] civitatis * p. 611.
ei aperientes eum[t] nocturno tempore intra muros receperunt; et sic insperate et absque premeditatione Ludowicus[u] non solum regno, sed etiam oculis privatus est. Tandem itaque Berengarius regnum Italiae multis caedibus cruentatum, infaustis infortunatisque[v] preliis diu quaesitum[w], cum huiuscemodi triumpho obtinuit. Eodem anno in mense Maio cometes[x] stella apparuit et in mense Augusto haec mutatio regni facta est.

906.

Anno dominicae incarnationis DCCCCVI.[y] Cuonradus[z] comes filium suum Cuonradum[z] misit cum armatorum non modica manu, ut[a] irruerent super Gerardum[b] et fratrem eius

a) possiderat *B* 2. b) cipiditate *A* 1. c) cum—palatio *desunt B* 3, *una linea vacua relicta.* d) fuleo *B* 2. e) trutidavit *B* 1. f) cathedram *B* 2. g) Heinbertus *A* 1; hireneus *A* 3; hereueus *B* 1. h) sublatus *A* 1. i) Vuinmarum *A* 1. k) celere *A* 1. l) Dcccc*u corr.* v *B* 2. m) Lod. *A* 3. n) busonis *supersc.* o *A* 1. o) cum exercitu cum *A* 1. p) adalhardo *A*; adelardo *B* 2. q) nil *A* 3. *B* 2. r) tractis *B* 2. s) *Hic desinit codex B* 3 *non mutilus.* t) cum *A* 1. u) lod. *A* 3. v) infortunatis *A.* w) diuque situm *A* 1. *B* 2. x) comite *B* 2. y) Anno ut supra *B* 2. z) Conr. *A* 3. a) manuunt *A* 1. b) gerhardum *A* 3.

1) *A.* 898. *De hac nova Ludowici expeditione* Dümmler *III,* 536 *sq.*

Matfridum, eo quod honores suos et Gebehardi[a] fratris[b], videlicet possessionem sancti Maximini et sanctae Mariae ad Horrea, violenter invasissent[1]; quibus exercitus ex regno Lotharii sociatus est. Pervenerunt autem usque in pago Blesiaco[c.2], rapinis et incendiis hereditatem et possessionem supradictorum fratrum ac satellitum eorum depopulantes. Porro Gerardus[d] et Matfridus a castro, in quo se communierant[e], legationem mittentes pacem petierunt; qua concessa datis ex utraque parte sacramentis usque in octavis[f] paschae[g], exercitus ad propria discessit.

Dum haec in regno Lotharii aguntur[h], Cuonradus[i] senior in Hessia in loco, qui dicitur Frideslar[3], cum multa turba peditum et equitum residebat, crebras incursiones Adalberti[k] suspectas habens; frater vero eius Gebehardus[l] in Wedereiva[m.4] cum omnibus, quos sibi adsociare poterat[n], eiusdem Adalberti[o] prestolabatur repentinam inruptionem. Nec eos fefellit per omnia rerum eventus; siquidem Adalbertus[p] vires adversariorum extenuatas esse[q] sentiens, eo quod in tribus partibus essent divisi, oportunum et diu exoptatum tempus advenisse gaudens congregatis sociis mox arma corripit; et primo quidem simulat se contra Gebehardum[r] copias transferre velle, ut et illum bello perterreret et fratrem securiorem redderet; deinde, quanta potuit celeritate, aciem adversus Cuonradum[i] dirigit. Quod cum Cuonradus[i] sero cognovisset, divisis sociis in tribus turmis ei[s] incunctanter occurrit; et commissa pugna duae turmae, una peditum et altera Saxonum, statim terga verterunt[t]. Quos cum Cuonradus[i] clamore ingenti frustra hortaretur, ut nullatenus hostibus cederent, sed pro coniugum ac liberorum salute et defensione patriae totis viribus decertarent, ipse cum tertia turma animatis sociis[u] super adversarios irruit, sed mox in ipso primo impetu multis vulneribus confossus extinctus est. Adalbertus[v] victoria potitus cum sociis fugientes[w] insecutus est et innumeram multitudinem, maxime peditum, gladio prostravit. Tribus itaque continuis diebus totam illam regionem perlustrans cedibus ac rapinis cuncta demolitus est. His patratis, honeratis[x] sociis spoliis ac[y] ingenti preda, ad Babenberh[z] castrum reversus est. Peracta est autem haec cedes III. Kal. Mart.; Febr. 27.

* p. 611.

a) gebeardi *B* 2. b) fratris sui *A* 3; fratris eius *B* 2. c) in pagum Blesiacum *A* 3. d) gerhardus *A* 3. e) munierant *A* 3. *B* 2. f) octavas *A* 3. g) pascę *B*. h) D. h. aguntur in rego lothari *A* 1. i) conr. *A* 3. k) adalperti *B* 2. l) Gevehardus *A* 3. m) uuedereia *A* 1; uuedria *A* 3. n) adsotiare poterant *A* 1. o) adelberti *B* 2. p) adalpertus *B* 2. q) *deest B* 2. r) gebeardum dum *A* 1. s) cum cunctanter *A* 1. t) vertunt *A* 1. u) sotiis *A* 1. *B* 1. v) Adelbertus *B* 2. w) fugiente *A* 1. x) oner. *A* 3. y) *deest A* 1; spol. ac *desunt A* 3. z) babenberc *B* 2.

1) *Conf. Dümmler III*, 539—543. 2) *Bliesgau ad fluvium Blies, qui prope Saargemünd in fluvium Saar ab orientali parte influit.* 3) *Fritzlar.* 4) *Wetterau.*

venientes[a] filii[1] cum matre[2] levaverunt corpus Cuonradi et sepelierunt[b] in castello, quod Wilineburch[c] [3] vocatur.

Eodem anno circa Iulio mense Ludowicus[d] rex conventum generalem celebravit apud Triburias[e] villa regia, ubi adesse mandavit saepe dictum Adalbertum[f], ut in presentia optimatum regni pro se rationem redderet et pacis conditionem, quam hactenus[g] exosam habuerat, tandem aliquando deposita crudelitatis tirannide susciperet et a[h] rapinis, caedibus et incendiis saltim vel sero quiesceret. Sed his salutaribus monitis nequaquam assensum prebuit. Cernens itaque rex obduratum eius animum et in cepta rebellionis malicia obstinatum, collecto undique exercitu eum in castro, *quod Terassa[i] dicitur[4], obsidione cinxit. * p. 612.

Interea Egino[k], qui eius individuus comes in omni pravitate[l] extiterat, ab eius societate defecit et cum omnibus suis ad regis castra transiit. Protracta igitur paulo prolixius obsidione fractus animo Adalbertus ad callida argumenta convertitur et omni ingenio excogitare caepit, qua arte obsidio solveretur, ut exercitu ad propria[m] remeante optata libertate potitus ipse cum sibi faventibus dolos, quos in pectore volvebat, longe lateque effundere posset. Portis itaque apertis a munitione exiens[n] cum perpaucis ultro regi se optulit[o], supplex veniam de commissis exposcit, emendationem promittit. Sed cum fraus, quae struebatur, suis prodentibus fuisset detecta[p], custodiae mancipatus est et in presentia totius exercitus manibus vinctis[q] adductus omnibus adiudi-
Sept. 9. cantibus capitalem suscepit sententiam[r] V. Id. Septembris. Facultates et possessiones eius in fiscum redactae sunt et dono regis inter nobiliores quosque distributae[s].

Compositis itaque in orientali Francia[t] rebus rex Mediomatrico venit ibique in publico[u] conventu Gerardum atque Matfridum proscriptione dampnavit. Inde egressus[v] Strazburgensem[w] urbem adiit ibique episcopum ac plebem inter se dissidentem ad concordiam revocavit; et sic Rheno[x] transmisso recto itinere[y] in Alamanniam[z] perrexit.

(Apr. 12). Per idem tempus Baltramnus[a] Strazburgensis ecclesiae
(Sept. 11). et Ludelmus[b] Tullensis[c] ecclesiae praesules migraverunt a

a) venientes—vocatur *desunt A.* b) seperierunt *B* 1. c) uuileneburc *B* 2. d) Lod. *A* 3; luduuicus *B* 2. e) driburias *B* 2. f) ad adelb. *B* 2 *in duabus lineis.* g) actenus *B* 2. h) *deest B* 2. i) terasse *A* 1; terassa *corr.* terassae *B* 1. k) Egeno *A* 3. l) pāruitate *B* 2. m) propia *A* 1. n) exigens *A* 1. o) obtulit *A.* p) delecta *B* 2; delecta *corr.* detecta *B* 1. q) victus *B* 2. r) cap. sent. susc. *A* 1; sent. cap. susc. *A* 3 s) distribuit *A* 1. t) francea *A* 1; francea *corr.* francia *B* 1. 2. u) bublico *A* 1; pubplico *B* 2. v) regressus *B* 2. w) strasburh *A* 3. x) reno *B* 2. y) recto itinere recto *B* 2. z) in alamaniam *B* 2. a) baltrammus *A* 1. *B* 1. b) liudhelmus *A* 1. c) tulliensis *A* 1.

1) *Cuonradus et Eberhardus.* 2) *Glismuoda.* 3) *Weilburg.* 4) *Theres ad flumen Main prope Hassfurt situm.*

seculo; quibus successerunt in pontificali cathedra Otbertus in Strazburgensi civitate et Druogo[a] in Tullensi[b].*.

EXPLICIT[c] CHRONICA REGINONIS ABBATIS.

*) *Cod. B 2b ita pergit (manu s. XII.)*[1]*:*

Anno d. inc. DCCCCVI. Ungarii vastaverunt Saxoniam.
Anno d. inc. DCCCCVIII. Liutboldus dux occisus est ab Ungariis.
Anno d. inc. DCCCCIX. Burchardus dux occisus est ab Ungariis.
Anno d. inc. DCCCCX. Luod. pugnavit cum Ungariis.
Anno d. inc. DCCCCXI. Ungarii vastaverunt Frantiam.
Anno d. inc. DCCCCXII. O. Ludowicus rex, et Cuonradus filius Cuonradi comitis, quem Albertus occidit, ei successit.
Anno d. inc. DCCCXIIII. O. Otto dux Saxoniae.
Anno d. inc. DCCCCXV. Ungarii vastando pervenerunt usque ad Fuldam.
Anno d. inc. DCCCCXVIIII. Cuonradus rex obiit, et Henricus filius Ottonis ducis Saxoniae, cognomento Humilis, ei successit.

a) drogo *A* 3. b) dullensi *B* 1; *hic desinit codex B* 2. c) Expl. — abb. *desunt A.*

1) *Conf. Waitz, 'Archiv XI, 299 sq.' Cuncta ex Ann. Hersfeldensibus petita sunt; de quibus conf. Lorenz, 'Die Annalen von Hersfeld', diss. Lips.* 1885.

(ADALBERTI)
CONTINUATIO REGINONIS

A. 907—967.

Hucusque[a] Regino. Haec, quae secuntur, nos addidimus.

907.

Ann. Laub. 908. Ann. Aug. 907. *DCCCCVII. Bawarii[b] cum Ungariis[c] congressi multa cede prostrati sunt; in qua congressione Liutbaldus dux occisus est[1], cui filius suus Arnolfus[d] in ducatum[e] successit. * p. 614.

908.

Ann. Aug. DCCCCVIII. Ungarii[f] iterum terminos transgressi Saxoniam et Turingam vastaverunt.

909.

Ann. Aug. DCCCCVIIII. Ungarii[g] Alamanniam ingressi sunt[h]. *p. 61

910.

Ann. Aug. Ann. Laub. DCCCCX. Franci[i] in confinio Bawariae et Franciae Ungariis congressi miserabiliter aut victi aut[k] fugati sunt. In quo prelio[l] Gebehardus comes interiit[2], relictis duobus filiis suis adhuc pueris, Udone et Herimanno, qui postea clari et nobiles in Francia extiterunt.

a) Hucusque—addidimus *desunt A* 2*. 3. b) *ad hunc annum A* 3 *in verbis aliquantum a ceteris discedit.* c) ungaris *A* 3. d) arnulfus *A* 3. e) ducatu *A* 3. f) Ung.—vast. *desunt A* 3. g) ungari *A* 3. h) sunt ingressi *corr.* aggressi *A* 3. i) Lodouuicus pugnavit contra Ungaros in conf. B. et Fr., et Franci mis. *A* 3 *(ex Ann. Hild.).* k) sunt vel fugati *A* 3. l) proelio *A* 1.

1) *Ex Annalibus Augiensibus a.* 907 (Baioarii et ab Ungariis interficiuntur) *et Laubacensibus a.* 908 (Ungari bellum contra Bauworios inexsuperabile fecerunt, et Liutbaldus dux eorum comitesque atque episcopos quam plurimos illorumque supersticiosa superbia crudeliter occisa est). *De pugna illa Iul.* 5. *aut* 6. *facta cf. Dümmler III,* 547 *sq.* 2) *Ex Annalibus Augiensibus* (Franci ab Ungaris aut occisi aut fugati sunt) *et Laubacensibus* (Ungari bellum cum Alamannis fecerunt .... Et in ipso itinere cum Francis pugnaverunt, Gebehardum ducem et Liutfredum aliosque quam plurimos Bawoariis victoriam ex parte tenentibus occiderunt praedamque abstulerunt). *Gebehardum fratrem Cuonradi a.* 906 *occisi fuisse constat; cf. Dümmler III,* 558.

911.

DCCCCXI. Ludowicus[a] rex filius Arnolfi imperatoris obiit*; cui Cuonradus filius Cuonradi ab Adalberto occisi regali iam stirpe deficiente in regno successit. Ann.Sangall.m. (cf. A. Aug.).

912.

DCCCCXII. Ungarii[b] iterum nullo resistente[c] Franciam et Turingam[d] vastaverunt[1]. Hatho[e] archiepiscopus obiit[2], vir adeo strennuus[f] et prudens, cui Herigerus successit. Otto dux Saxonum obiit[3]. Ann. Laub. Ann. Sang. m. 913. (Ann. Fuld.).

913.

DCCCCXIII. Hiemps magna nimis. Ungarii[g] partes Alamanniae vastaverunt et iuxta In[h] fluvium a Bawariis et Alamannis occisi[i] sunt. Ann. Aug.

Eodem[k] anno Einhardus episcopus Spirensis a Beranhardo[l] et Cuonrado[m] comitibus caecatus est[4].

Otbertus Strazburgensis episcopus occiditur. Ann. Sang.

914.

DCCCCXIIII. Salomon episcopus captus[n] est. Ann. Sang.

915.

DCCCCXV. Ungarii[g] totam Alamanniam igne et gladio vastaverunt, sed totam Turingam[d] et Saxoniam pervaserunt et usque ad Fuldam[o] monasterium[p] pervenerunt. Ann. Aug. (Ann. Fuld.).

*p. 615. *DCCCCXVI.

917.

DCCCCXVII. Ungarii[q] per Alamanniam in Alsatiam et usque ad fines Lothariensis[r] regni pervenerunt. Erchanger[s] et Berahtold decollantur. Arnolfus dux Bawariorum regi rebellat[5]. Ann. Aug.

*) In quo posteritas Karoli magni defecit *add. manus posterior in cod. A* 1.

a) Lud.—successit *desunt A* 3. b) Ungri *A* 3. c) sibi resistente *A* 3. d) thuringiam *A* 3. e) Hatho—Saxonum obiit *desunt A* 3. f) strenuus *A* 2*. g) ungari *A* 3. h) ein *A* 3. i) sunt occ. *A* 3. k) Eod. anno *desunt A* 3. l) uuerinhario *A* 3. m) conrado *A* 3. n) *hoc loco A* 3 *rasuram exhibet.* o) fultam *A* 2*. p) *deest A* 3. q) Ungari in Al. per Als. *A* 3. r) lotharensis *A* 2*. s) Erch.—decollantur *ex Ann. Quedl. mutata;* Arn.—rebellat *desunt A* 3.

1) *Conf. Ann. Laub. a.* 912: Iterum Ungari Alamanniam Franciamque invaserunt atque ultra Rhenum et Magicampum usque in Arhaugiam devastabant ac sine damno reversi sunt. 2) *Conf. Ann. Sangall. mai. a.* 913: Hatho archiepiscopus obiit; *mortuus est a.* 913 *Mai.* 15, *cf. Waitz, 'Heinrich I.' p.* 196. 3) *Hoc et fortasse cuncta, quae ad hunc annum adnotantur, ex Fuldensibus quibusdam annalibus nunc perditis sumpta videntur esse, quibus continuator etiam infra multum usus est; cf. 'Neues Archiv' XV,* 330 *et praefat. p. X. Otto mortuus est a.* 912 *Nov.* 30; *Waitz p.* 195. 4) *Haec unde auctor sumpserit, non liquet.* 5) *Conf. Ann. Alam. (SS. I) a.* 917: Arnulfus cum Bawariis rebellavit. *Tamen illis auctorem fonte usum esse haud crediderim.*

918.

(Ann. Fuld.). DCCCCXVIII. Cuonradus[a] rex nativitatem sancti Iohannis[b]
Iun. 24. Herolvesfelt[c. 1] monasterio[d] celebravit.

919.

Ann. Aug. 917. DCCCCXVIIII. Cuonradus[e] rex obiit[2], vir per omnia man-
(918). suetus et prudens et divinae religionis amator. Qui, cum obitus sui diem inminere sentiret, vocatis ad se fratribus et cognatis suis, maioribus scilicet Francorum, mortem sibi inminere predixit et, ne in eligendo post se rege discidium regni fieret, paterna eos voce premonuit. Sed et Heinricum Saxonum ducem, filium Ottonis, virum strennuum[f] et industrium precipuumque pacis sectatorem ut eligerent, iussit aliumque ei ad hoc officium aeque condignum inveniri non posse testificans sceptrum[g] ei et coronam caeteraque regiae dignitatis ornamenta pacto tuendi et conservandi regni per
(Ann. Fuld.). eosdem transmisit. Ipse vero huic vitae decedens in Fulda[h]
(Dec. 23). monasterio honorificata est sepultura tumulatus[e]. Multis tamen[i] laboribus, paucis, quos regnavit annos[k], est a Bawariis et Alamannis et Saxonibus sibi rebellantibus fatigatus[l], quos ante obitum suum Deo propitio superavit.

920.

(Ann. Fuld.). DCCCCXX. Heinricus[m] dux consensu Francorum, Ala-
(919). mannorum, Bawariorum, Turingorum[n] et Saxonum rex[o] eligitur[3]; qui initium sui regni disciplina servandae pacis inchoavit. Multi enim illis temporibus etiam nobiles latrociniis insudabant.

921.

(922). DCCCCXXI. apud Franciam[p] superiorem graves et in-
(Ann. Fuld.?). testinae discordiae fervent[q] inter[r] Ruodbertum invasorem regni[4] et Karolum regem.

Interim[s] Heinricus rex stabiliendae paci et[t] reprimendae Sclavorum sevitiae fortiter insistit.

922.

(923). DCCCCXXII. Suessionis inter Ruodbertum[u] et Karolum[v] tanta pugna commissa[w] est, ut pene ex[x] utraque parte victores

a) Conradus *A* 3. b) babtiste *add. A* 3. c) herolvesfeld *A* 3. d) *deest A* 3. e) Cuonr. — tumulatus *desunt A* 3. f) strenuum *A* 2*. g) et sceptrum *A* 2*. h) fulta *A* 2*. i) *deest A* 3. k) annis *A* 3. l) fugatus *A* 1. m) Ita heinricus cognomento auceps communi consensu *A* 3. n) *deest A* 3. o) electus *A* 3, *ubi cetera desunt.* p) sup. fr. *A* 3. q) fervebant *A* 3. r) inter—regem *A* 3 *mutavit.* s) *deest A* 3 t) ac reprimendis scl. motibus acerrime insistebat *A* 3 *a.* 922. u) Karolum regem et rotbertum invasorem regni *A* 3 *a.* 923. v) carolum *A* 2*. w) commisa *A* 2*. x) utrimque *A* 3.

1) *Hersfeld.* 2) *A.* 918 *Dec.* 23; *Waitz p.* 201. 3) *A.* 919 *mense Maio in urbe Fritzlar; Waitz p.* 37—40 *et* 203—205. 4) *Odonis fratrem; qui a.* 922 *Iun.* 29 *rex electus est. Waitz* 68.

esse viderentur[1]. Karolus tamen ori sacrilego Ruodberti[a] ita lancea[b] infixit, ut diffissa[c] lingua cervicis posteriora penetraret.

923.

DCCCCXXIII. preciosissimus thesaurus[d] sanguinis Domini venit in Augiam VI. Id. Novembr. (Ann. Aug.)

Haicho[e] abbas Fuldensis obiit, cui Hiltibertus[f] successit. (Ann. Fuld.).

* p. 616. Karolus Alsatiam et *partes illas[g] Franciae iuxta Rhenum usque Mogontiam[h] sibi usurpaturus usque Paternisheim villam[2] iuxta Wormaciae[i] hostiliter pervenit[3]. Unde fidelibus regis Heinrici Wormaciae coadunatis aliter, quam decuerat regem, aufugit[k]. (920).

Eodem[g] anno[g] Heinricus rex adiunctis sibi Ruotgero[l] archiepiscopo[4] et[m] Gisalberto[n] duce Mittensem[o] urbem obsedit et Witgerum[p.5], licet diu reluctantem, sibi obedire coegit[6]. 923.

Herimannus sanctissimus vir[g], Coloniensis episcopus[q], obiit[7], cui[g] Wigfridus successit. (924).

924.

DCCCCXXIIII. Ungarii[r] orientalem Franciam vastaverunt. (Ann. Fuld.).

Karolus et Heinricus reges apud Bonnam castellum conveniunt[8] et pacem inter se facientes foedus ineunt, et Karolus nunquam sibi amplius Lothariense[s] regnum usurpaturus regreditur[t]. (921).

Eodem anno[9] ab Heriberto conprehensus in custodia mittitur. (923).

925.

DCCCCXXV. Heinrico[u] rege coadunatum[v] et constabilitum Lothariense[w] regnum in sua potestate habente, Karolus rex in custodia, qua tenebatur, obiit[10]; qui fertur vir hebetis esse ingenii et minus aptus utilitatibus regni. Omnes etiam a filio eius[11] deficientes, quippe qui tunc temporis capto patre in Hiberniam[x] exulaverat, quendam Ruodolfum[12] sibi regem eligunt[13]. (929). (923).

a) rotberti *A* 3. b) lanceam *A* 3. c) diffusa *A* 3. d) tesaurus *A* 3. e) Haycho *A* 1; haico *A* 3. f) hildebertus *A* 3. g) *deest A* 3. h) magontiam *A* 1; mogontia *A* 2*. i) unormaciam *A* 3. k) aufugit *corr.* fugaver *A* 2*. l) rotgero *A* 3. m) *deest A* 1. n) gisilberto *A* 3. o) metensem *A* 3. p) uuiggerum *A* 3. q) archiepiscopus *A* 3. r) Ung.—mittitur *desunt A* 3. s) lotariense *A* 1. t) egreditur *A* 2*. u) Heinr.—Eodem anno *desunt A* 3. v) coadunatus *codd.* w) lotariense *A* 2*. x) hibernam *A* 1.

1) *Rotbertus in pugna prope Soissons commissa a.* 923 *Iun.* 15 *cecidit; Waitz* 70. 2) *Pfedersheim.* 3) *A.* 920; *Waitz* 49 *sq.* 4) *Treverensi* 915—930. 5) *Episcopum Mettensem* 917—927. 6) *A.* 923; *Waitz* 73. 7) *A.* 924 *Apr.* 11; *Waitz* 75. 8) *A.* 921 *Nov.* 7; *Waitz* 58—63. 9) *A.* 923; *Waitz* 71. 10) *A.* 929 *Oct.* 7; *Waitz* 137. 11) *Ludowico, qui postea a.* 936—954 *regnavit.* 12) *Ducem Burgundiae.* 13) *Iam a.* 923 *Iul.* 13; *Waitz* 71.

(927). Eodem anno Witgerus[a] episcopus obiit[1], cui[b] Benno ex ordinariis Strazburgensibus in Alpibus quondam heremiticam vitam ducens successor eligitur.

926.

Ann. Aug. DCCCCXXVI. Ungari totam Franciam, Alsatiam, Galliam et Alamanniam igne et gladio vastaverunt. Purchardus[c] dux Alamanniae in Italia occiditur[2].

(Ann. Fuld.). Herigerus Deo dignus presul obiit[3], cui Hildibertus Fuldensis abbas successit.

(927). Herimanno ducatus Alamanniae committitur, qui viduam Burchardi[4] duxit uxorem.

927.

(928). DCCCCXXVII. Benno, qui et Benedictus episcopus dicitur[b], a Metensibus excecatur[5]; et[d] sinodo apud Dius-
(929). burgum habita[6] omnes illius facti auctores excommunicantur et Adalbero nobilis[e] pro eo episcopus instituitur.

928.

(Ann. Fuld.). DCCCCXXVIII. Heinricus[f] rex Boemos hostiliter invasit et prestante Deo fortiter superavit[7]. Ea tempestate Ottoni filio eiusdem regis natus est filius Willihelmus.

Ann. Aug. 927. Hiemps magna nimis[g].

(930). Ruothgerus[h] Trevirorum[i] archiepiscopus obiit[8], cui[b] Ruodbertus[h] successit.

929.

(Ann. Fuld.). DCCCCXXVIIII. Gisalbertus[k] dux Gerburgam[l] filiam Heinrici regis duxit uxorem[9].

930.

(Ann. Fuld.). DCCCCXXX. Otto[m] filius regis Heinrici Edgid filiam regis Anglorum duxit uxorem[10].

931.

Ann. Aug. *DCCCCXXXI. Heinricus[n] rex regem Abotridorum et regem * p. 617.
Danorum efficit christianos[11].

(Ann. Fuld.). Eodem anno rex ab Eberhardo[o] aliisque Franciae[p] comitibus seu episcopis in Franciam vocatus singillatim ab uno-

a) uuiggerus *A* 3. b) *deest A* 3. c) Purchardus — uxorem *desunt A* 3. d) habitaque *A* 3. e) vir nobilis *A* 3. f) Heinr. — Willihelmus *desunt A* 3. g) magna fuit *A* 3. h) Rot- *A* 3. i) treuerensis *A* 3. k) gisilb. *A* 3, *ubi verba valde mutata sunt.* l) gerbirgam *A* 3. m) Otto — uxorem *desunt A* 3. n) Heinr. — christianos *desunt A* 3. o) euerhardo *A* 3. p) francae *A* 1.

1) *A.* 927 *Mart.* 1; *Waitz* 117. 2) *Ex Ann. Aug.; Burchardus mortuus est prope Novaram Apr.* 28 *aut* 29, *Ungari in monasterio S. Galli Mai.* 1 *fuerunt.* 3) *A.* 927 *Dec.* 1; *Waitz* 118. 4) *Regilindam; Waitz* 91. 5) *A.* 928; *Waitz* 122. 6) *A.* 929; *Waitz* 136. 7) *Hanc expeditionem Waitz* 125 *in a.* 929 *ponit.* 8) *A.* 930 *Ian.* 27; *Waitz* 138. 9) *Hoc a.* 928 *factum esse Waitz* 121 *censet.* 10) *A.* 929; *Waitz* 133. 11) *Conf. Waitz* 142.

quoque eorum in domibus suis vel ecclesiarum sedibus regem decentibus est conviviis et muneribus honoratus[1]. (930).

932.

DCCCCXXXII. Ungarii[a] per orientales Francos et Alamanniam multis civitatibus igne et gladio consumptis iuxta Wormaciam Rheno transito usque ad mare oceanum Galliam devastantes per Italiam redierunt. Ann. Aug.

934.

DCCCCXXXIIII. Heinricus[b] rex Ungarios multa caede prostravit, pluresque[c] ex eis conprehendit[2]. Ann. Aug. (933).

Eodem anno Sclavos[d], qui Vucrani vocantur[3], hostiliter invasit et vicit sibique tributarios fecit. (Ann. Fuld.).

Ecclesia sancti Maximini[4] turbine cecidit: electione clementia[e] regis monachis reddita Uogo[f], antea prepositus, abbas eiusdem[g] loci[g] eligitur, et[g] monachi non regulariter ibi viventes[h] expelluntur.

935.

DCCCCXXXV. Heinricus[i] rex paralysi percutitur[5]. (Ann. Fuld.).

936.

DCCCCXXXVI. sinodus apud Erphesfurd[k] in Turinga[l] celebratur a compluribus episcopis[6]. (932).

Heinricus[m] rex, precipuus pacis sectator strenuusque paganorum insecutor, post plures fortiter et viriliter actas victorias dilatatis undique sui regni terminis VI. Non. Iul. diem clausit extremum, cui filius suus Otto consensu primorum regni successor eligitur. (Ann. Fuld.). 936 Iul. 2.

Hildibertus archiepiscopus obiit[7], cui Fridericus successit. (937).

Unni archiepiscopus[8] obiit[n], cui[g] Adaldagus[o] successit. 936.

937.

DCCCCXXXVII. monasterium sancti Galli et monasterium sancti Bonifacii[p] igne comburuntur. Ruodolfus[q] rex Burgundionum et Arnolfus dux Bawariorum obierunt. Ann. Aug.

617.

a) Ungari *A* 3 *(a. 933)*. b) Heinr. — Eodem anno *desunt A* 3. c) plures *A* 2*. d) Rex heinricus ueranos slavos host. inv. *A* 3. e) ibidem monachis clem. *A* 3. f) ŏgo *codd.* g) *deest A* 3. h) degentes *A* 2*. i) Heinr. — percutitur *desunt A* 3. k) erfesfurd *A* 1; erphesfurt *A* 2*; in erpisford thuringie *A* 3 *(a. 935)*. l) tyringa *A* 1; turingia *corr.* thur. *A* 2*. m) Heinr. — Frid. successit *desunt A* 3. n) *deest A* 1. o) adalgisus *A* 1. 2*; adaldagus *A* 3 *ex Adamo correxit.* p) bonefacii *A* 2*. q) Rodolfus *A* 3, *qui* rex — obierunt *ex Ekkehardo mutavit.*

1) *A.* 930 *Apr.* 19 *rex Francofurti, mense Iunio Aquisgrani fuit; Waitz* 138 *sq.* 2) *A.* 933; *Waitz* 150—158. 3) *Uckern, a quibus Uckermark nomen accepit; Waitz* 163. 4) *Treverensis.* 5) *Cum venandi causa in curte sua Botfeld moraretur; Waitz* 171. 6) *A.* 932 *Iun.* 1, *quacum noster confundere videtur conventum principum ibidem a.* 936 *habitum; Waitz* 145 *et* 172. 7) *Treverensis* 937 *Mai.* 31; *Dümmler, ‚Otto I.', 66.* 8) *Bremensis* 936 *Sept.* 17.

(Ann. Fuld.). Graves[a] et intestinae discordiae inter Heinricum fratrem regis et Eberhardum ducem Francorum nascuntur ob exortas inter vassallos eorum inimicicias.

938.

DCCCCXXXVIII. filii[b] ducis Arnolfi ambitione ducatus regi rebellant; quos ipse[c] debellaturus in Bawariam ibat; sed non,
Ann. Aug. ut voluit, eos pacificare valens revertitur. Interim[d] frater regis Heinricus ab Eberhardo comprehenditur in castello Badalikki[1]; quo tamen citius liberato Eberhardus Hildinesheim[e] in exilium destinatur[f]. Iterumque rex in *Bawariam revertens omnes sibi subdidit, et Eberhardum Arnolfi filium plus aliis rebellem in exilium misit. Ungarii iterum a Saxonibus multa caede vastati. * p. 618.

939.

(Ann. Fuld.). DCCCCXXXVIIII. Eberhardus ab exilio remittitur totumque regnum inimiciciis[g] et rebellionibus confunditur. Eberhardus enim et Gisalbertus[h] cum Heinrico fratre regis adversus regem coniurant[i], sed et quidam[k] ecclesiastici viri nequam et Deo odibiles[l] cum[m] illis factione concordant omnia-
Ann. Aug. que passim pacis et concordiae iura turbabant. Tunc[n] rege Lotharienses, ubi tunc rebellionis summa gerebatur, adeunte, Gisalbertus cum fratre regis transitum Rheni regi prohibere volens nec valens iuxta Biertanam[2] sociis regis congreditur Deoque victoriam prestante pluribus suorum occisis aliisque fugatis ipse et frater regis fugae subsidia petunt. Quos rex insequens usque ad Caprimontem[3] pervenit castellumque in eo situm firma undique obsidione circumdedit. Interim[o] Ludowicus, rex Galliae Romanae, filius Karoli[4], consilio inimicorum regis sub obtentu requirendi Lothariensis regni, quod pater suus perdiderat, Alsatiam invasit; ubi, quaeque poterat[p], plus hostiliter, quam regaliter gessit. Quod[q] rex Otto patienter non ferens Caprimontem obsidione[r] absolvit et Alsatiam petens Ludowicum regem expulit. Quo expulso Brisacam[5] castellum munitissimum obsedit, ubi quam plura utrimque fortia et bellica gesta sint, futura posterorum[s] successio non ignorabit. * p.

a) Craves *A* 1. b) filii — rebellant *desunt A* 3. c) Rex filios arnoldi deb. *A* 3. d) Interim — vastati *desunt A* 3. e) hildinisheim *A* 2*. f) mittitur *A* 2*. g) inimicis *A* 1. 2*. h) gislib. *A* 3. i) rebellant *A* 3. k) sed quidem *A* 2*. l) odibili *A* 2*. m) *deest A* 3. n) Tunc — circumdedit *desunt A* 3. o) *A* 3 *a.* 942: Rex Otto Kievermontis obsidionem solvit; Lodouuicum regem Karoli filium Alsacia expulit, quam consilio — regni invaserat; ubi — ignorabit. p) *deest A* 2*; potuit *A* 3. q) Quod — expulit *desunt A* 3. r) *hic desinit codex A* 2* *mutilus.* s) posteriorum *A* 1.

1) *Belecke ad Moehnam fluviolum, qui in Ruram cadit; Dümmler* 72. 2) *Birten prope Xanten.* 3) *Chevremont in dextra Mosae ripa prope Leodium.* 4) *Ludowicus IV. Transmarinus* (936—954). 5) *Altbreisach in insula Rheni situm; Dümmler* 88—93.

Unde[a] Fridericus archiepiscopus Mogontiensis et Ruodhardus episcopus Strazburgensis fixis in obsidione tentoriis et relictis copiarum, quas detulerant, sarcinis nocte clam aufugerunt et Mittensem urbem adeuntes Gisalberto et Heinrico se occursuros, ut coniuraverant, speraverunt. Sed longe aliter eis contigit, quoniam[b] eos spes inanissima delusit. Nam Gisalbertus et Eberhardus iuxta Anternacum castellum cum suis Rhenum transituri ab Udone et Cuonrado comitibus[1] caeterisque regis fidelibus, ne transeant, bellica sunt congressione citoque mortis compendio preventi. Nam Eberhardus
p. 618. occiditur et Gisalbertus in Rheno submersus necatur plurimique ex illorum sociis occisi, reliqui vero sunt fugati aut capti. Quo audito Brisacenses castellani regiae dominationi subduntur et castellum obsidione absolvitur.

Tunc iterum rex Lotharienses adiens omnes suo subiugavit imperio. Sed et fratrem suum proiectis armis ad se venientem solita sibi suscepit misericordia; nam omnia, quae in eum deliquit, indulsit et fraterno eum secum amore detinuit. Omnibus tamen Lothariensibus subactis aliquamdiu resistere conatus est episcopus Mittensis[2]; unde Theodonis[c] villa[3] capellam domni[d] Ludowici[e] Pii imperatoris instar Aquensis inceptam[f], ne perficeretur aut[d] pro munimine haberetur[d], destruxit. Nec tamen diutius[g] in huiusmodi[d] rebellione permansit; statim siquidem totum regnum[h] velut ex ipsis fidei visceribus Deo[d] propitio[d] ad regem convertitur[i] et extinctis hostibus pax et concordia renovatur. Fridericus[d] archiepiscopus ad[k] Fuldam monasterium mittitur et[d] Ruodhardus[l] Strazburgensis Corbeiae monasterio destinatur. Ann. Aug. (Ann. Fuld.).

Interim[m] dum haec, quae prediximus, aguntur, domna Edgid regina Lauresham monasterio commoratur. In hac eadem tempestate Dancmar[n], frater regis ex concubina, rebellans in Eresburgo castello occiditur, aliique sequaces eius truncantur aut suspenduntur. Haec tempestas non in una solum, sed in omnibus Saxoniae et Franciae provinciis
* p. 619. huc et illuc ver*sabatur. Wigman Saxo rebellans reconciliatur[o]. (938). (Iul. 28).

Ludowicus rex Gerbirgam viduam Gisalberti duxit uxorem. 939.

940.

DCCCCXXXX. Heinrico[p] fratri regis Lothariensis ducatus committitur, qui mox eodem anno a Lothariensibus expellitur;

a) Unde—Mittensis unde *desunt A* 3. b) quō *A* 1. c) in theod.—renovatur *A* 3 *a.* 945. d) *deest A* 3. e) lodouuici *A* 3. f) incoeptam *A* 1. g) diu *A* 3. h) Regnum enim omne *A* 3. i) conversum est *A* 3. k) fuldam custodiendus mittitur *A* 3 *a.* 942. l) rothardus str. episcopus corbeiam dirigitur *A* 3 *a.* 942. m) Interim—uxorem *desunt A* 3. n) dancmar *A* 1, *sed ita, ut etiam* danemar *legi possit;* danemar *A* 1 *a. b. c.* o) reconciliantur *A* 1. p) Heinricus—remittitur *desunt A* 3.

1) *Filiis Gebehardi et Eberhardi fratrum Konradi a.* 906 *occisi.*
2) *Adalbero I.* 929—964; *Dümmler* 95 *sq.* 3) *Diedenhofen.*

cui Otto comes in eodem ducatu successit[1]. Fridericus epi-
(Ann. Fuld.?). scopus a Fulda remittitur.

941.

(Ann. Fuld.?). DCCCCXXXXI. Heinricus[a] frater regis cum quibusdam Saxonibus contra regem conspirat, quorum qui maiores videbantur, rex decollari iubebat[2]. Fratrem vero suum Inglenheim custodiae mancipabat. Fridericus[b] archiepiscopus, quia conspirationis huius particeps videbatur, publica se examinatione, perceptione corporis et sanguinis Domini, coram populo in ecclesia purgavit.

942.

941 Dec. 25. DCCCCXXXXII. rex natalem Domini Franconofurd[c] celebravit, ubi frater eius[d] per Ruodbertum[e] Mogontiensis[f]
(Ann. Fuld.?). ecclesiae diaconum custodiam noctu clam aufugiens[g] antelucano tempore regis ecclesiam adeuntis pedibus accubuit et concessa venia misericordiam, quam precatur[h], obtinuit.

942. Bonna[i] castello preclara sinodus a viginti duobus episcopis habetur[3]. Treveris[k] basilica sancti Maximini dedicatur[4]. Sidus simile cometae per XIIII noctes visum et immensa mortalitas boum secuta est.

943.

(944). DCCCCXXXXIII. Otto[l] dux obiit, cui Cuonradus filius Werinheri in ducatu successit[5].

944.

(945). DCCCCXXXXIIII. rex apud Diusburgum in rogationibus[6]
Mai. 12—14. placitum cum primoribus Lothariensium[m] et Francorum habuit, ubi factione Cuonradi[n] ducis Ruotbertus[o] archiepiscopus Trevirensis et Richarius[p] Tungrensis[q] episcopus infidelitatis apud regem arguuntur, sed in brevi ab obiecto sibi crimine liberantur. Illuc[r] etiam a Treiectensibus[s] clericis corpus sancti Servacii apportatum est ob multimodas sibi ab Immone comite illatas iniurias.

a) Heinr. — mancipabat *desunt A* 3. b) Frid. — purgavit *A* 3 *a.* 943. c) franconevord *A* 3. d) Rege n. d. fr. celebrante heinricus — obtinuit *A* 3 *a.* 943. e) rodbertum *A* 3. f) magontiensis *A* 1; mogontinae *A* 3. g) effugiens *A* 3. h) precabatur *A* 3. i) Bunna — habita est ab episc. XXII *A* 3 *a.* 943. k) Treveris — secuta est *desunt A* 3. l) Otto — successit *desunt A* 3. m) lothariorum *A* 3. n) conradi *A* 1. 3. o) rotbertus *A* 3. p) rihkarius *A* 1. q) leodicensis *A* 3. r) Corpus etiam s. S. a Tr. *A* 3. s) traiectensibus *A* 3.

1) *Dümmler* 106 *sq.* 2) *Cf. Dümmler* 116—118. 3) *Ceterum ignota.* 4) *Oct.* 13; *Dümmler* 145. 5) *De quo cf. Köpke, 'Widukind'* 124—126, *Dümmler* 101 *sq.*, 131 *sq.* 6) 945 *Mai.* 12—14; *Dümmler* 143.

Ungarii[a] a* Carantanis** tanta caede mactantur[1], ut numquam a nostratibus antea taliter infirmarentur. Adal- 944. (Aug. 12).
bertus comes[2] filius Mahtfridi[b] ab Uodone[c] occiditur.

945.

DCCCCXXXXV. Richarius[d] episcopus[3] obiit, cui Uogo[e] Trevirensis abbas in episcopatu successit. Herimannus[f.4] et Cuonradus duces quasdam inter se inimicitias habentes in presentia piissimi regis in Cassella[5] sunt replicati.

Bertaldus dux Bawariensis obiit[6], cui Heinricus frater (947 Nov. 23).
regis in ducatu successit.

946.

* p. 620. *DCCCCXXXXVI. Ludowicus[g] rex a suis regno expulsus[7] auxilium petens regem Ottonem adiit et, ut desideraverat, obtinuit. Nam manu valida rex Galliam intravit et Remensem urbem et Laudunum[8] aliaque castella compluria firma et munita Ludowico reddi fecit ipseque hostiliter usque Rotomagum[9] pervenit. Inde omnibus pene excepto Hugone Ruodberti filio regni maioribus regi suo subactis in patriam regreditur.

947.

DCCCCXXXXVII. domna[h] Edgid regina obiit[10], quae (946).
maximo regis omniumque suorum planctu Magedeburg[i] sepelitur. Cuonradus[k] dux, regi tunc temporis pene pre omni- 947.
bus carus, Liutgardam[l] filiam regis in matrimonium sumpsit. Liudolfus[m] filius regis tali, ut decuerat, apparatu Idam[n] filiam Herimanni ducis sibi coniugio copulavit.

948.

DCCCCXXXXVIII. sinodus in Inglenheim a XXXIIII (Iun. 7).
episcopis habetur[11]; cui presidente[o] Marino episcopo, Romanae ecclesiae legato, incliti reges Otto et Ludowicus[p] affuerunt. In qua multis ecclesiasticae utilitatis[q] rebus promulgatis[r]

*) Baiovariis et *add. A* 1*a*.
**) in loco Weles *add. A* 1*a*.

a) Ungari *A* 3. b) matfridi *A* 3. c) Ydone *A* 1 (*pro* ŏdone); udilone *A* 3. d) Riharius *A* 1. e) ŏgo *codd.* f) Herim.—successit *desunt A* 3. g) Lud.—regreditur *desunt A* 3. h) domna—sepelitur *desunt A* 3. i) magodeburg *A* 1. k) Conradus *A* 3 (*a.* 948). l) lutgardam *A* 3. m) liutolfus *A* 1. n) itam *A* 1. o) predidente *A* 1. p) loduuicus et Otto *A* 3. q) utilitats *A* 1. r) discussis *A* 3.

1) *A.* 944 *aut* 943 *Aug.* 12 *prope urbem Wels ad fluvium Traun; Dümmler* 130. 2) *Mettensis; Dümmler* 144. *Uodo nescio an Udo filius Gebehardi fuerit.* 3) *Leodiensis* 922—945, *olim abbas Prumiensis.* 4) *Frater Udonis, dux Alamanniae* 926—949. 5) *Castel prope Moguntiam.* 6) 947 *Nov.* 23; *Dümmler* 160. 7) *Ludowicus non expulsus erat, sed captus Lauduno urbe (Laon) libertatem redemerat; Dümmler* 150 *sq.* 8) *Illud castellum Otto tunc expugnare non potuit.* 9) *Rouen.* 10) 946 *Ian.* 26; *Dümmler* 146. 11) *Dümmler* 162 *sq.*

causa quoque Hugonis filii[a] Heriberti[1], qui Artaldum archiepiscopum expellens sedem[b] ecclesiae Remensis invaserat, ventilatur; et omnium, qui affuerant[c], iudicio episcoporum dampnatur[d]. Cuonradus[e] comes, qui Curcipoldus dicebatur,
(Iun. 30). filius Eberhardi, vir sapiens et prudens, obiit[2].

949.

(Sept. 10). DCCCCXXXXVIIII. Waldo Curiensis episcopus obiit, cui Hartbertus[f] successit. Udo[g] comes obiit, qui permissu regis, quicquid beneficii aut prefecturarum habuit, quasi hereditatem inter filios divisit. Herimannus[h] dux, inter[i] suos
Dec. 10. sapientissimus et prudentissimus, obiit IIII. Idus Decembris. Eodem[k] anno Liudolfo filio[l] regis Mahthildis[m] filia nascitur[n].

950.

(949). DCCCCL. rex purificationem sanctae Mariae Franconofurd[o] celebravit[3] indeque Wormaciam adiit. Ubi viduam
Febr. 2. 950. Herimanni[p] ducis ad se venientem benigne suscepit et[q] filio suo Liudolfo ducatum Alamanniae commisit. Ibi[r] Cuonradus[s] filius Gebehardi comitis, quoniam[t] cum quadam nepte regis se concubuisse sibi imposcit, a quodam Burchardo Saxone[4] monomachia victus fefellisse patuit.

Eodem anno Boemorum princeps Bolizlao regi rebellat; quem rex validissima manu adibat suaeque per omnia dicioni subdebat[5].

(Apr. 15). Rodhardus[u] Strazburgensis[v] episcopus obiit, cui Udo[w] filius Udonis comitis in episcopatu successit. Rihgowo[x] Wormaciensis episcopus obiit, cui Anno[6] successit.

Ruotbertus[y] archiepiscopus pro adquirenda abbatia sancti Maximini multum laboravit, sed Deo propicio[z] non prevaluit.

951.

*DCCCCLI. rex Otto in Italiam ire volens multo se ad * p. 621.
hoc iter apparatu prestruxit, quoniam[a] Adalheidam[b] viduam[c] Lotharii[d] regis Italici, filiam Ruodolfi regis[7], a vinculis et custodia[e], qua a Berengario tenebatur, liberare sibique eam

a) fili *A* 1. b) sede *A* 1. c) aufuerant *A* 1. d) condempnatur *A* 3. e) Cuonr.—obiit *desunt A* 3. f) hardbertus *A* 1. g) Uto *A* 1. h) Hermannus *A* 3. i) inter—prudentissimus *desunt A* 3. k) Eod. anno *desunt A* 3. l) filio regis *A* 3. m) machtildis *A* 3. n) nata est *A* 3. o) franconevord *A* 3. p) hermanni *A* 3. q) sed et *A* 1. r) Ibi—subdebat *desunt A* 3. s) conradus *A* 1. t) quō *A* 1. u) Rothardus *A* 3. v) stratburgensis *A* 1; strasburg. *A* 3. w) ŏŸdo *A* 1. x) Richgowo *A* 3. y) rodbertus *A* 3. z) auctore *A* 3. a) quō *A* 1. b) adelh. *A* 3. c) viduam—regis *desunt A* 3. d) hlotharii *A* 1. e) et a custodia, in qua *A* 3.

1) *Virimandensis comitis.* 2) *Dümmler* 170. 3) *A.* 949; *Dümmler* 171. 4) *Eo fortasse, qui a.* 982 *in Calabria periit et pater Burchardi comitis palatini videtur fuisse; cf. Thietmari chron. II,* 39 (24). 5) *Dümmler* 181. 6) *Abbas Magdeburgensis.* 7) *Rudolfi II. regis Burgundiae a.* 937 *mortui.*

in matrimonium assumere regnumque cum ea simul Italicum adquirere deliberavit[a]. Quod iter filius eius Liudolfus cum Alamannis[b] anticipans patrique, si quid ibi ad ingressum suum fortiter ageretur, placere desiderans nihil tale, quod speraverat, peregit[c], sed potius inconsultum patrem offendens[1] totius inde rebellionis et discordiae seminarium sumpsit. Patruus enim eius Heinricus dux, omnium eius[d] honorum et prosperitatum invidus, de Bawaria per Trientum[e] legatos suos premisit in Italiam omniumque, quorum potuit, mentes Italicorum ab eo avertit, in tantum, ut nec civitas nec castellum, quae subsequenter regis pistoribus et cocis patuerant, filio regis aperiretur omniaque ibi incommoda et plena molestia[f] pateretur. Mox subsequenter rex regnum Italicum ingreditur Deoque sibi assistente totius Italiae possessor efficitur. Sed[g] et domna Adalheidis, Deo amabilis regina, sua ipsius prudentia a custodia est Deo propitio liberata et Ottoni regi felici Deo auspicante copula coniuncta[h]. Tunc Liudolfus dux haec, quae prescripsimus, aegre ferens inconsulto patre archiepiscopo Friderico comite in patriam revertitur.

952.

DCCCCLII. rex expulso Berengario cum suis fidelibus hiemans in Italia Papiae natale Domini celebravit. Sicque dispositis regni[i] negotiis verno tempore in patriam rediit, ducem autem Cuonradum[k] ad persequendum Berengarium in Italia reliquit. Liudolfus dux de Italia revertens regio ambitu natale Domini Salefeld[1.2] celebravit, ubi Fridericum archiepiscopum omnesque, qui in promptu erant, regni maiores secum detinuit. Quod convivium iam multis suspitiosum[m] coepit haberi, et plus ibi destructionis quam utilitatis ferebatur tractari. Cuonrado[n] duce ad persequendum Berengarium relicto, Berengarius eiusdem ducis consilio sponte sua in Saxoniam[3] ad regem venit. Nihil tamen de his, quae voluit, obtinuit, sed machinatione Heinrici ducis fratris[c] vix vita et patria indulta in Italiam rediit; unde[o] etiam Cuonradus dux multum offensus a debita regis[p] fidelitate defecit. Tunc Fridericus archiepiscopus et Cuonradus dux amici facti sunt,

951 Dec. 25.

952.

a) assumere nitebatur *omissis mediis A* 3. b) alemannis *A* 1. c) *deest A* 3. d) et *A* 3. e) trienium *A* 1. f) molesti *A* 1. g) Sed—coniuncta *desunt A* 3. h) coniucta *(pro* coniūcta*) aut* conuicta *(pro* convincta*) A* 1. i) regni—rediit *ex Widukindo A* 3 *mutavit.* k) conr. *A* 3 *semper.* l) saleveld *A* 3. m) suspectum *A* 3. n) chunr. *A* 1 *abhinc fere semper;* Cuonr.—venit *desunt A* 3. o) unde—multum *ex Widuk. A* 3 *mutavit.* p) regi *A* 3.

1) *Auctoritate codicis A* 1 *a nisus Maurenbrecher ('De historicis decimi seculi scriptoribus', diss. Bonn.* 1861, *p.* 16 *n.* 32*) hunc locum ita mutare voluit:* patremque, si — ageretur, placare desiderans nihil — peregit, se potius inconsultum patri ostendens; *quem non sequendum esse censeo.*
2) *Saalfeld in Thuringia.* 3) *Magdeburgum.*

Luc. 23, 12. nam antea inimici erant ad invicem. Eodem tamen[a] anno
Aug. mediante Augusto mense[b] conventus Francorum, Saxonum, Bawariorum, Alamannorum et Langobardorum publicus apud[a] Augustanam urbem Rhetiae provinciae agitur, ubi prescriptus Berengarius cum filio suo Adalberto regiae se per omnia in vassallicium dedidit dominationi et Italiam iterum cum[a] gratia et dono regis accepit regendam. Marca tantum Veronensis[1] et Aquileiensis excipitur, quae Heinrico fratri regis committitur. Berengarius tamen[c] in Italiam revertens omnia haec in episcopos et comites ceterosque Italiae principes retorsit omnibusque eos odiis et inimiciciis[d] insequens inimicissimos sibi fecit.

953.

952 Dec. 25. DCCCCLIII. rex natale Domini Franconofurd[e] celebravit. Indeque in Alsatiam progrediens socrui suae Bertae[2], matri
953 (Febr.). scilicet domnae Adalheidis[f] reginae, abbatiam in Erestein[3] dedit. Tunc iam animositates et consilia occulte contra eum facta *palam coeperant apparere, et unus quisque eorum, * p. 622. quae in corde contexerant, aperire. Redeunte enim illo de Alsatia et Inglinheim pascha celebraturo Liudolfus filius eius et Cuonradus[g] dux nequam fautoribus et maxime iuvenibus et de Francia et de Saxonia et de Bawaria sibi coadunatis conspiraverant et, quascunque poterant, munitiones seu[h] castella futurae seditioni muniebant[i]. Nec enim iam clam agebatur, quo tendebant, sed aperta rebellionis signa monstrabant.

Rex igitur Inglinheim[k] perveniens paucis suorum fidelium secum habitis non tutius[l] inter medios hostes pascha celebrandum ratus[m] Mogontiam inde secessit. Ubi aliter, quam regem decebat, diutius ante portas expectans Friderico archiepiscopo iam cum illis conspirante vix urbis ingressum obtinuit. Tunc Liudolfus et Cuonradus ibi ficta[n] ad eum humilitate, ut post claruit, venientes[o] nihil talium se in eius contrarietatem[p] egisse dicebant; sed si Heinricus frater eius in pascha Inglinheim[q] veniret, illum se comprehensuros non negabant. Quod rex tranquille ac modeste suscipiens navigio
Apr. 3. Coloniam attigit indeque progrediens Drotmanni[r.4] vico pascha celebravit.

a) *deest A* 3. b) menso *A* 1. c) autem *A* 3. d) inimiciis *A* 3. e) franconevord *A* 3. f) adeheidis *A* 3. g) cunr. *A* 1; conr. *A* 3 *semper*. h) et *A* 3. i) seditioni munibant *A* 1. k) in glinhem *A* 3. l) non tutum ratus *A* 3. m) celebrare *A* 3. n) facta *A* 1. o) venerunt nichilque *A* 3. p) in eum *A* 3. q) inglenheim *A* 1. r) droomanni *A* 1.

1) *I. e. totus ducatus Foroiulanus; Dümmler* 208. 2) *Filiae Burchardi ducis Alemanniae.* 3) *Erstein inter urbes Strassburg et Schlettstadt.* 4) *Dortmund.*

Post pascha coadunata[a] fidelium suorum multitudine Coloniam iterum rediit ibique Metensem episcopum, in quo maxima spes et fiducia Liudolfo et Cuonrado[b] esse videbatur, omnesque Lotharienses[c] exceptis paucis, quibus predae et rapinae cordi erant, obvios habuit; et ab inimicis suis deficientes benigna ad se venientes suscepit caritate et in sua fidelitate firmos et stabiles coadunavit. Quibus dispositis in Saxoniam revertitur, ubi firmatis nihilominus[d] et stabilitis suis rebus iterum in Franciam hostili[e] manu revertitur. Quo audito Fridericus archiepiscopus Mogontia secessit et civitatem inimicis regis tuendam commisit. Ipse Brisacam castellum, latibulum semper Deo regique rebellantium, intravit totamque ibi pene aestatem rei eventum expectaturus permansit.

Tunc[d] rex audiens Mogontiam, metropolim Franciae regiamque civitatem, inimicis suis deditam, qua potuit velocitate[f], eam adiit collectaque[g] suorum fidelium multitudine tam Francorum quam Saxonum et Lothariensium[c] firma eam
p. 622. obsidione circumdedit[h]. Sed et frater eius Heinricus de Bawaria regi[i] auxilium collaturus advenit, licet ibi plus incommodi quam utilitatis sibi conquisierit. Nam[k] interim Liudolfus Bawarios machinatione Arnoldi[1], fratris Iudithae[l] uxoris eius, ab eo avertit et Radasbonam intromissus omnes eius ibi thesauros diripuit suisque rapiendos distribuit. Quae eius incommoda rex suis preponens Mogontiam obsidione absolvit et in Bawariam iter dirigens Radasbonam[m] obsedit; in qua obsidione pene usque natale Domini permansit.

Eodem anno Wigfridus[n] Coloniensis ecclesiae archiepi- (Iul. 9).
scopus obiit; cui Brun[o] frater regis succedens totius Lothariensis[c] regni ducatum et regimen cum episcopatu suscepit. Liutgarda filia regis obiit. (Nov. 18).

954.

DCCCCLIIII. rex omissa[p] obsidione in Saxonia natale 953 Dec. 25.
Domini celebravit iterumque appropinquante quadragesima 954.
in Bawariam remeavit; ibi[q] Heroldus archiepiscopus[2] a fratre (955 Mart. 1).
regis caecatus. Deo propicio viribus imminutis inimicorum[3] in brevi tota Bawariae virtus ad eum et Alamanniae in tantum convertitur, ut et Radasbona civitas regi redderetur ipsique rebellatores nihil se contra eum velle vel posse pro-

a) coadunatis suis fidelibus *A* 3. b) chunr. *A* 1; conr. *A* 3. c) hlothar. *A* 1. d) *deest A* 3. e) cum host. *A* 3. f) celeritate *A* 3. g) collecta *A* 3. h) firma e. obs. circ. *desunt A* 3. i) ei *A* 3. k) Nam—distribuit *desunt A* 3. l) iuditae *A* 1. m) ratisb. *A* 3 *semper*. n) uuicfridus *A* 3. o) bruno *A* 3. p) om. obs. *desunt A* 3. q) ibi—absolvit *desunt A* 3.

1) *Comitis palatini, filii Arnolfi ducis a.* 937 *mortui.* 2) *Salzburgensis* (939—958) *a.* 955 *Mart.* 1; *Dümmler* 248. 3) *Pugna prope Mühldorf ad Oenum facta; Dümmler* 249.

954. fiterentur. Fridericus etiam sacramento se expurgaturus nihil contra regiam se fidelitatem egisse accessit[1]; sed rex omni pietate plenus ab hoc eum sacramento absolvit.

In eodem[a] anno Cuonradus[b] dux cum Lothariensibus[c] duce Brun archiepiscopo in Blesensi pago apud villam Rimilinga[2] congressurus erat; sed in ultimo, quia *contra regem erat, * p. 623.
Deo volente ne fieret, remanebat. Ungarii[d] ducentibus inimicis regis in quadragesima Rheno transito pervadentes Galliam inaudita mala in ecclesias Dei fecerunt et per Italiam redierunt.

Ann. Aug. Fridericus archiepiscopus obiit[e], vir in sancta religione
(Oct. 25). strennuus[f] et valde laudabilis[g], nisi in hoc tantum videbatur reprehensibilis, quod, sicubi vel unus regis inimicus emersit, ipse se statim secundum apposuit. Cui successit regis filius
(Dec. 17). Willihelmus, a populo et[h] clero in Arnestat[3] concorditer electus.

Ea[i] tempestate Liudolfus in[k] gratiam regis revocatus vassallos, quos habuit, et ducatum patri reddidit; cui Burchardus in ducatu successit. Cuonradus[l] etiam omnium, quas habuit, divitiarum nudus amisso[m] ducatu in gratiam regis intromittitur, vita et patria et predio contentus. Liudolfo filius Otto[4] nascitur.

955.

DCCCCLV. Ungarii[n] cum tam ingenti multitudine exeuntes, ut non, nisi terra eis dehisceret vel caelum eos obrueret, ab aliquo se vinci posse dicerent, ab[o] exercitu regis
(Aug. 10). apud Lichum fluvium tanta cede Deo prestante prostrati sunt, ut numquam ante apud nostrates victoria talis audiretur aut fieret. [Cuonradus quondam dux ibi occiditur][p]. Rex * p. 6
inde revertens in Sclavos hostem dirigit, ubi simili potitus victoria vasta illos caede prosternit; Wigmannus expellitur.
(Oct. 16). Heinricus frater regis desperatis rebus recuperatis receptoque
(Nov. 1) Bawariae[q] ducatu obiit. Cuius filio Heinrico pius rex ducatum et marcam dedit. Otto filius regis nascitur.

956.

(Mai.). DCCCCLVI. rex in pace et otio degens maximo suorum fidelium conventu Coloniae placitum regale habuit. Ea tempe-

a) Eodem *A* 3. b) cunr. *A* 1; conr. *A* 3. c) hlothar. *A* 1. d) Ungri *A* 1; Ung.—redierunt *desunt A* 3. e) mortuus est *A* 3. f) strenuus *A* 1. g) laudabis *A* 1. h) et cl. *desunt A* 3. i) Ea temp. *desunt A* 3. k) in—revocatus *desunt A* 3. l) Cunr. *A* 1; Conr. *A* 3. m) omisso *A* 1. n) Ungri *A* 1; Ungari *A* 3. o) ab—expellitur *desunt A* 3. p) *verba* Cunr.—occ. *in A* 1 *parum convenienter paulo supra inter* dicerent *et* ab exercitu *leguntur; in codice A ea notam marginalem fuisse crediderim, quae hic inserenda videtur esse.* q) recepto bauuariaeque *A* 3.

1) *A.* 954; *mortuus est eodem anno Oct.* 25. *Dümmler* 237 *et* 240. 2) *Rümlingen in pago Bliesgau inter urbes Bitsch et Saargemünd situm; Dümmler* 236. 3) *In Thuringia, Moguntinae dioeceseos. P.* 4) *Qui post Burchardum ducatum Alamanniae tenuit a.* 973—982.

state gravis per omnes regni partes pestilentia grassabatur, quae innumeram populi multitudinem passim extinxit. Ex qua Rodbertus archiepiscopus Treverensis[a] et Hadamarus abbas Fuldensis obierunt[1]; quibus Heinricus in episcopatu[b] et Hatto in abbatia successerunt.

Eodem anno Liudolfus in Italiam ad deprimendam[c] Berengarii tirannidem dirigitur et in brevi expulso Berengario totius pene[d] Italiae possessor efficitur.

Abbatia sancti Nazarii in[e] Lauresham[f] electioni restituitur.

957.

DCCCCLVII. rex iterum Sclavos invasit. Liudolfus[g] in Italia obiit[2], cuius corpus inde translatum a venerabili archiepiscopo Willihelmo[h] fratre eius Mogontiae apud sanctum Albanum honorifice sepultum est. (Sept. 6).

Willerus Treverensis[a] abbas obiit, cui Wikerus[i] successit. (Oct. 7).

Ea tempestate rex clementissimus abbatiam sancti Petri in Wizenburch[k] [3] multis retro temporibus sub antecessoribus suis electionis et privilegii dono privatam studio sanctae religionis dignitati pristinae restituit et virum venerabilem Geilonem eidem coenobio abbatem prefecit.

958.

DCCCCLVIII. rex pascha celebravit in[e] Inglinheim[l], unde navigio Coloniam placitum ibi acturus venit. Eodem[m] anno factione Brun archiepiscopi Reginerus comes[4] comprehenditur et in Sclavos exul mittitur. Fridericus[d] consensu Heroldi Inglinheim[n] in presentia regis in octavis paschae habita ibi XVI episcoporum sinodo, Iuvavensi[o] *ecclesiae archiepiscopus ordinatur. Apr. 11. Apr. 18. * p. 624.

Alewicus Augiensis coenobii abbas obiit; cui Ekkihardus successit. Gralo abbas coenobii sancti Galli obiit; cui Burchardus successit. (Mai. 13). (Febr. 26).

959.

DCCCCLVIIII. rex iterum Sclavos[p] invasit[5], ubi Thietmarus[q] [6] occiditur.

a) trevirensis *A* 3. b) archiepiscopatu *A* 3. c) comprimendam *A* 3. d) *deest A* 3. e) *deest A* 1. f) laureshan *A* 3. g) Liud.—sepultum est *ex Widukindo mutavit A* 3. h) uillihelmo *A* 1. i) uuiggerus *A* 3. k) uuicenburh *A* 3. l) in inglenheim celebr. *A* 3. m) Eodem—Fridericus *desunt A* 3. n) heroldi archiepiscopi cecati aput inglenheim *A* 3. o) salzburgensi *A* 3. p) slavos *A* 3. q) thetmarus *A* 3.

1) *Mai.* 19 *et* 25; *Dümmler* 281 *sq.* 2) *Plumbiae (Pombia) prope lacum Maiorem; Dümmler* 288 *sq.* 3) *Weissenburg ad fluvium Lauter.* 4) *Longicollis, filius Reginharii fratris Gisilberti ducis, comes pagi Hennegau; Dümmler* 293 *sq.* 296 *sq.* 5) *Hic eadem fortasse expeditio dicitur, quam a.* 958 *factam esse Flodoardus tradit; Dümmler* 310 *et* 298. 6) *Comes, ut videtur, pagi Nordthuringa; conf. 'Zeitschr. d. Harzver.' XX,* 6—9.

Legati Helenae[1] reginae Rugorum, quae sub Romano imperatore Constantinopolitano Constantinopoli[a] baptizata[b] est, ficte, ut post claruit, ad regem venientes episcopum et presbiteros eidem genti ordinari petebant[c].

Eodem[d] anno[d] Hagano Heresfeldensis abbas paralisi percutitur[2].

960.

959 Dec. 25. DCCCCLX. rex natale Domini Franconofurd[e] celebravit, ubi Libutius ex coenobitis sancti Albani[3] a venerabili archiepiscopo Adaldago[4] genti Rugorum[f] episcopus ordinatur. Guntherus rogatu Haganonis abbas constituitur.

960. Eodem anno rex iterum pergit in Sclavos[g].

Legati quoque[d] ab apostolica sede veniunt[h] Iohannes diaconus et Azo scriniarius, vocantes regem ad defendendam Italiam et Romanam rempublicam a tirannide Berengarii. Waltbertus[i] etiam archiepiscopus Mediolanensis[5] et Waldo Cumanus episcopus[6] et Opertus marchio[7] Berengarium fugientes in Saxonia regem adeunt; sed et reliqui pene omnis[k] Italiae comites et episcopi litteris eum aut[l] legatis, ut ad se liberandos veniat, exposcunt.

(Sept. 20). Geilo Wizenburgensis abbas obiit; cui Gerricus successit[8].

961.

960 Dec. 25. DCCCCLXI. rex[m] natale Domini Radasbona civitate celebravit, ubi Poppo Wirziburgensis[n] episcopus regi percarus
961 Febr. 14. XVI. Kal. Martii diem clausit extremum; cui proximus suus Poppo in episcopatu successit.

Libutius priori anno quibusdam dilationibus ab itinere
Febr. 15. suspensus XV. Kal. Martii anni presentis obiit; cui Adalbertus ex coenobitis sancti Maximini[9] machinatione et consilio Willihelmi[o] archiepiscopi[10], licet meliora in eum confisus fuerit et nihil umquam in eum deliquerit[11], peregre mittendus in ordinatione successit. Quem piissimus rex solita sibi misericordia omnibus, quibus indigebat, copiis instructum genti Rugorum[f] honorifice destinavit.

a) apnt constantinopolim *A* 3. b) babt. *A* 3. c) petierunt *A* 3. d) *deest A* 3. e) franconevord *A* 3. f) rugurum *A* 3. g) slavos *A* 3. h) venerunt *A* 3. i) nualdbertus *A* 3. k) oms *A* 1. l) at *A* 3. m) rex—celebravit *desunt A* 3. n) uuirceb. *A* 3. o) uuilleh. *A* 3.

1) *Olgae, viduae Igori regis Russiae* († 945), *quae a.* 957 *in baptismo nomen Helenae acceperat; Dümmler* 311. 2) *Mortuus est a.* 960 *Dec.* 21, *postquam Guntherus pro eo substitutus est; Dümmler* 311. 3) *Magontini.* 4) *Bremensi* 936—988. 5) *Qui sedit* 953—971. 6) *A.* 945 *constitutus.* 7) *Otbertus comes Estensis.* 8) *Conf. Dümmler* 317. 9) *Treverensis.* 10) *Magontini* 954—968. 11) *Ex his potissimum verbis W. v. Giesebrecht ('Gesch. d. deutschen Kaiserzeit' I,* 778) *ipsum Adalbertum continuationis Reginonis auctorem esse argute collegit.*

Rex[a] in Italiam ire disponens maximam suorum fidelium multitudinem Wormatie coadunavit, ubi consensu et unanimitate regni procerum totiusque populi filius eius Otto rex eligitur. Indeque progrediens convenientia[b] quoque et electione omnium Lothariensium[c] Aquis rex ordinatur. Ordinato vero[d] filio pater in Saxoniam rediens dispositis regni negotiis filium Willihelmo[e] archiepiscopo tuendum et nutriendum commisit sicque per Bawariam[f] et Trientum[g] in Italiam se admisit. Ubi omnes pene Italiae comites[h] et episcopos obvios habuit et, ut decuit, ab eis honorifice susceptus potestative et absque ulla resistentia Papiam intravit et palatium a Berengario destructum reaedificare[i] precepit. Berengarius vero et Willa filiique eorum, quibus poterant, munitionibus aut castellis includebantur et nusquam forinsecus contra regem quid audentes progrediebantur[1]. (Mai.).

Eodem anno Godefridus Spirensis episcopus obiit; cui Otgerus successit. Eclipsis solis XVI. Kal. Iunii. Rex Hattonem Fuldensem abbatem ad construenda sibi habitacula Romam premisit. (Mai. 16). Mai. 17.

962.

* p. 625. *DCCCCLXII. rex natale Domini Papiae[k] celebravit; indeque progrediens Romae favorabiliter susceptus acclamatione totius Romani populi et cleri ab apostolico Iohanne[2], filio Alberici, imperator et augustus vocatur et ordinatur. Papa quoque multa illum secum caritate detinuit et diebus vitae suae numquam se ab eo defecturum promisit; quae tamen promissio longe dissimilem, quam pretendebatur, effectum obtinuit. 961 Dec. 25. 962. (Febr. 2).

Imperatore augusto ab urbe Romana redeunte et Papiae pascha celebrante Berengarius in quodam monte, qui dicitur ad Sanctum Leonem[3], plurimis undiquessecus[l] copiis attractis se munivit, et Willa in lacu Maiore in quadam insula, quae dicitur ad Sanctum Iulium[4], se inclusit. Filii vero eorum Adalbertus et Wido huc illucque incerti vagabantur; quasdam tamen munitiones cum suis sequacibus adhuc possidebant, hoc est Gard[5] castellum et Travallium[6] et insulam in lacu Cumano[7]. Tunc Willa inprimis hostiliter aditur et adempto omni de lacu exitu cotidianis[d] fundibula- Mart. 30.

a) Rex itaque *A* 3. b) conuientia *A* 3. c) hlothar. *A* 1. d) *deest A* 3. e) uuilleh. *A* 3. f) bauariam *A* 1. g) trentum *A* 1. h) episc. et com. *A* 3. i) reedificari *A* 3. k) *deest A* 1. l) undiquesecus *A* 1.

1) *Conf. Dümmler* 321—327. 2) *Iohanne XII.* 955—963. 3) *S. Leo in Legatione Urbinatensi (Urbino), prope S. Marinum. P.* 4) *S. Iulii insula (S. Giulio) non in lacu Verbano (Lago Maggiore), sed in lacu Ortensi ad occidentem Verbani sita est. P.; Dümmler* 340 *sq.* 5) *Garda in littore Benaci. P.* 6) *Val Travaglia ad lacum Verbanum.* 7) *Lago di Como. P.*

riorum et sagittariorum[a] aliorumque belli instrumentorum impugnationibus fatigatur; et non plenis duobus mensibus (Iul.) obsessa capitur et ad ultimum clementia imperatoris dimissa, quo vellet, ire permittitur. Quae quanta potuit velocitate Berengarium adiit et, ne se imperatori dederet, omnimodis persuasit.

Eodem anno Adalbertus Rugis ordinatus episcopus nihil[b] in his, propter quae missus fuerat, proficere valens et inaniter se fatigatum videns revertitur et quibusdam ex suis in redeundo occisis ipse cum magno labore vix evasit. Et ad regem veniens caritative suscipitur et a Deo amabili Willihelmo[c] archiepiscopo pro retributione tam incommodae ab eo sibi machinatae peregrinationis bonis omnibus et commodis, quasi frater a fratre, amplectitur et sustentatur; missis etiam pro eo ad imperatorem litteris reditum ipsius in palatio operiri iubetur.

[Reginbertus[d] Dei servus obiit: iste construxit abbatiam sancti Blasii in Suevia[1].] Eodem anno Adalbero venerabilis (Apr. 26). vir Metensis[e] episcopus obiit; pro[f] quo Theodericus consobrinus inperatoris episcopus subrogatur[2].

963.

962 Dec. 25. DCCCCLXIII. rex[g] iterum Papie natale Domini et pascha
963 Apr. 17. celebravit. Interim Adalbertus huc illucque discursans, quoscumque poterat, sibi undique adtraxit, sed et Corsicam ibi se tueri nitens intravit. Romanum etiam pontificem multipliciter in suum adiutorium sollicitavit. Dum haec igitur aguntur, imperator a Papia movens iter Berengarium in monte sancti Leonis obsedit totamque ibi aestatem sedens saepe montem undique circumdedit et, ne aliquatenus pateret exitus vel introitus, prohibuit. Interim Iohannes papa promissiones imperatori factas oblivioni tradens ab eo deficit[h] et Berengarii seu Adalberti partibus favens Adalbertum Romam intromittit.

Quas dolositatis[i] eius fraudes imperator audiens relicta circa montem obsidione Romam versus cum[k] hoste pergit; cuius ipsi metuentes adventum plurimum thesaurum[l] sancti Petri rapientes fugae subsidia petunt. Tunc Romani in plura divisi, partim imperatori faventes, — multis enim a predicto papa iniuriis se opprimi conquerebantur, — partim apostolico blandientes, licet diversa sentirent, imperatorem tamen cum

a) sagitar. *A* 1. b) nichilque *A* 3. c) uuellehelmo *A* 3. d) Reginb. — Suevia *in A* 3 *ad initium huius anni posita sunt; in A* 1 iste — Suevia *desunt, cetera paulo supra inter* sustentatur *et* missis *leguntur; in codice autographo haec omnia margini videntur ascripta fuisse.* e) mettensis *A* 1. f) pro — subrogatur *desunt A* 1. g) Inperator *A* 3. h) defecit *A* 3. i) dolositates eius inp. *A* 3. k) cum hoste *desunt A* 3. l) tesaurum *A* 3.

1) *St. Blasien inter urbes Schaffhausen et Freiburg.* 2) *Cf. infra p.* 176.

honore debito in[a] urbem intromittunt seque per omnia datis obsidibus illius ditioni subiungunt. Imperator vero plurimorum (Nov. 6).
episcoporum collecta multitudine sinodum coadunavit[1] et consilio eorum missa legatione canonica auctoritate aufugam apostolicum ad sedem pontificalem et apostolicam revocavit. Illo tamen hoc omnimodis renuente plebs Romana Leonem
* p. 626. protoscriniarium, virum strennuum[b] et indu*strium, communi consensu in locum eius elegit et ordinavit; cui sinodo interfuerunt omnes prope[c] Romaniae et Italiae episcopi, Angelfredus[d] etiam Aquileiensis patriarcha, qui tunc temporis etiam ibidem obiit; sed et de nostratibus interfuerunt[e] Adaldagus et Heinricus archiepiscopi[2], Lantwardus et Otgerus episcopi[3].

Postea Iohannes, qui et Octavianus, videns se esse depositum, sera poenitentia ductus ab Adalberto[f] disiungitur; Adalbertus vero in Corsicam revertitur. Eodem anno Gard castellum in Italia capitur.

Apud[g] nos quoque Sclavi, qui dicuntur Lusizani[g'·4], subduntur.

964.

DCCCCLXIIII. imperator Rome natale Domini celebravit. 963 Dec. 25.
Berengarius cum suis in monte sancti Leonis obsessus vincitur et id ipsum castellum imperatoris ditioni subditur et Berengarius cum Willa in Bawariam mittitur. Romani iterum 964.
ab imperatore solito more deficientes pluribus[h] aliis castellanis sibi[i] per coniurationem extrinsecus adiunctis eum occidere nitebantur; sed insidiis eorum patefactis eodem die, quo eum extinguere moliebantur[k], necem sibi paratam anticipans III. Non. Ianuarii cum paucissimis suorum eos invasit et non Ian. 3.
modicam illorum multitudinem infra muros urbis prostravit. Die vero sequenti Romani iterum venientes centum obsides Ian. 4.
dederunt et supra corpus sancti Petri sub iureiurando fidelitatem imperatori et papae promiserunt.

Tunc imperator plena adhuc ebdomada apud illos manens Spolitanum[1] ducatum et Camerinum ordinaturus exivit et ad preces papae Leonis obsides Romanis remisit: quibus ipsi beneficiis ingrati non longe illo ab urbe adhuc[a] posito Iohannem, qui et Octavianus, urbi intromittunt et fidem imperatori et papae promissam adnichilare non metuunt. Leo vero papa vix cum paucis facultatum omnium nudus evasit et imperatorem in Camerino ducatu positum adiit ibique pascha celebravit.

a) *deest A* 1. b) strenuum *A* 1. c) pene *A* 3. d) angel- *corr.* engelfridus *A* 3.
e) adfuerunt *A* 3. f) adelb. *A* 3. g) apud—subduntur *desunt A* 3. g') lunsinzani *A* 1.
h) plurimis *A* 3. i) *deest A* 3. k) molliti sunt *A* 3. l) spolatinum *A* 1.

1) *De qua cf.* Dümmler 349—354. 2) *Bremensis et Treverensis* (956—964). 3) *Mindensis* (958—969) *et Spirensis* (961—970).
4) *Lausitzer.*

Apr. 3. Iohannes autem, qui et Octavianus, Iohannem diaconum et Azonem scriniarium crudeliter detruncavit et Otgerum Spirensem episcopum conprehensum et flagellatum aliquamdiu licet incommode secum detinuit, sed postea statim[a] eum spe impetrandae ab imperatore veniae remisit. Quae spes divina Mai. 14. eum ordinatione fefellit: nam II. Idus Maii rebus humanis excessit. Tunc Romani non modice metuentes imperatoris adventum Benedictum quendam Romanae ecclesiae diaconum fidei et electionis domni Leonis immemores eligunt et ordinatum sedi apostolicae imponunt.

Quo audito imperator collecta undiquessecus[b] fidelium suorum multitudine Romam adiit et firma eam ex omni parte obsidione, ne quis pateret exitus, munivit. Sed predictus Benedictus, falso[c] nomine apostolicus, diutius ut imperatori resisterent, Romanos animavit ipseque[d] imperatori suisque fidelibus excommunicationem comminans muros urbis ascendit et elatiori se fastu, quam apostolicum decuerat, continuit. Ad ultimum Romani fame et obsidione constricti se errasse et contra imperatorem iniuste[e] deliquisse poenitentes Iun. 23. in[e] vigilia Precursoris, i. e. VIIII. Kal. Iulii, portas urbis aperiunt et imperatore cum honorificentia debita intromisso Benedictum sacrilegum et periurum imperatoriae dicioni[f] reddunt et domnum Leonem in sedem apostolicam restituunt. Tunc Leo apostolicus coadunata multorum episcoporum sinodo eundem Benedictum Romanae sedis invasorem iudicio omnium ab invaso gradu deposuit et pontificale pallium, quod sibi imposuerat, abscindit ferulamque pastoralem manu eius arreptam coram omnibus in frusta confregit et ad preces imperatoris diaconatus eum tantum gradu uti concessit.

Iun. 24. Celebrata vero beati Iohannis nativitate et sanctorum Iun. 29. apostolorum[1] festivitate imperator ab urbe Romana revertitur et infeliciori, quam speraverat, omine in redeundo fruitur. Nam tanta exercitum eius pestis et mor˙talitas invasit, ut * p. 627. vix vel sanus quis a mane usque ad vesperam vel a vespera usque ad mane se victurum speraverit. Ex qua pestilentia obierunt Heinricus, archiepiscopus Treverensis[g] et Gerricus abbas Wizenburgensis[h] et Godefridus dux Lothariensis[i] aliorumque innumera multitudo tam nobilium quam ignobilium. Tandem miseratione divina pestilentia cessante imperator in Liguriam pervenit ibique autumnali tempore pace et otio vacans se venationibus[k] exercitavit.

a) *deest A* 1. b) undiquesecus *A* 1. c) f. n. apost. *desunt A* 3. d) ipsique *A* 3. e) VIIII. Kal. iulii, hoc est in vig. prec. domini *A* 3. f) potestati *A* 3. g) trevirensis arch. *A* 3. h) uuiziburg. *A* 1; uuizeb. *A* 3. i) hiothar. *A* 1. k) venatione se *A* 3.

1) *Petri et Pauli.*

Eodem anno Duodo[a] palatii capellanus[1] ab Adalberto comprehenditur et flagellis caesus in Corsicam deducitur, sed non longo post tempore dimittitur. Ea tempestate Waldo Cumanus episcopus insulam[2] in Cumano lacu cepit et munitiones in ea a solo destruxit; quod Udoni comiti[3] initium malorum fuit. Nam Hattonem eiusdem insulae tutorem in suam fidem suscepit et destructa insula non, ut optaverat[b], eum[c] imperatori reconciliari potuit; quod indigne ferens totum in Waldonem episcopum detorsit et inimiciciis[d] in eum, si possit[e], ulcisci disposuit. Erchanbertus[f] in locum fratris sui Gerrici Wizenburgensis[g] coenobii abbas constituitur.

965.

DCCCCLXV. imperator Papie natale Domini celebravit 964 Dec. 25.
et peracta festivitate statim in patriam dispositis in Italia 965.
regni negotiis commeavit. Cui filii sui Otto rex et Willihelmus archiepiscopus in confinio Franciae et Alamanniae in villa Heimbodesheim[h. 4] occurrerunt et cum magna ibi eum alacritate susceperunt. Inde Wormatiam[i] progressus fratrem suum Brun archiepiscopum in purificatione sanctae Mariae Febr. 2.
sibi obvium habuit; sicque totam quadragesimam in Francia commorans in Inglinheim[k] pascha cum magno gaudio cele- Mart. 26.
bravit. Indeque navigio Coloniam attingens matrem suam domnam Mahtildam[l] et sororem suam Gerbirgam reginam filiumque eius regem Lotharium[m] sibi obvios condigno ibi amore et honore tractavit; sicque in Saxoniam iter direxit. Benedictum etiam illum depositum ab urbe Romana secum in Franciam advexit, quem Adaldago archiepiscopo custodiendum commisit. Duas quoque filias Berengarii in palatio cum domna[n] imperatrice decenti sibi honore detinuit.

Eodem anno quidam ex Langobardis[o] more solito ab imperatore deficiunt et Adalbertum in Italiam reducunt. Tunc imperator Burchardum ducem Alamannorum in Italiam misit; qui[p] ad congrediendum ei, ubicumque inveniretur, cum[p] Langobardis[o] imperatoris[q] fidelibus et Alamannis iusum[r] per Padum navigavit et illis, ubi eum audierat esse, partibus navim applicuit. Quos in prima[s] fluminis egressione Adal-

a) dodo *A* 3. b) speraverat *A* 3. c) cum imperatore *A* 3. d) inimiciis *A* 1. e) posset *A* 3. f) uuiziburg. *A* 1. g) Erkenb. *A* 3. h) heimbogesheim *A* 3. i) uuormaziam *A* 1. k) inglenheim *A* 3. l) mathildam *A* 1; machtildam *A* 3. m) hlothar. *A* 1. n) *deest A* 3. o) longob. *A* 1. p) Qui cum *A* 3. q) inperatori *A* 3. r) uisum *A* 1; per iusum et padum *A* 3. s) in primo fl. egressu *A* 3.

1) *Hic idem videtur fuisse atque Liudolfus cancellarius ille, qui a.* 953—967 *in chartis regum occurrit et a.* 967—978 *episcopatui Osnabrugiensi praefuit; cf. Stumpf, 'Reichskanzler' II,* 8. 48, *Dümmler* 165. 368. 438. 2) *Comacinam.* 3) *Qui quis fuerit, non liquet; cf. infra a.* 966, *Dümmler* 368 *(n.* 2*)*, 408. 4) *Heimsheim medio itinere inter Stuttgardiam et Pforzheimum. P.*

bertus insiluit; ubi et frater eius Wido cum aliis quam[a]
(Iun. 25). pluribus occubuit. Ipse vero Adalbertus vix fuga lapsus[b] evasit et montana quaedam, ubi imperatorem lateret, intravit. Hac igitur[c] dux laetus victoria in patriam repedavit et, quae sibi acciderant, imperatori significavit. Interim Wido Mutinensis episcopus vulpina calliditate imperatori se simulans fidelem ipsique infideles se proditurum iactitans legatione Adalberti fungens in Saxonia imperatorem aggreditur; nec tamen visu aut allocutione[d] ipsius participatur, sed cum dedecore redire permissus infra Alpes ultra Curiam comprehenditur et in Saxoniam remissus in Sclavis[e] custodiae mancipatur.

(Aug. 26). Uodo[f] Strazburgensis[g] episcopus obiit; cui Erchanboldus[h] successit[1].

Eodem etiam anno domnus Leo papa obiit. Tunc legati Romanorum, Azo videlicet protoscriniarius et Marinus Sutriensis ecclesiae episcopus, imperato*rem pro instituendo, * p. 628.
quem vellet, Romano pontifice in Saxonia adeuntes honorifice suscipiuntur et remittuntur. Et Otgerus Spirensis episcopus[e] et Liuzo Cremonensis episcopus[1] cum eisdem Romam ab imperatore diriguntur. Tunc ab omni plebe Romana Iohannes, Narniensis ecclesiae episcopus[k], eligitur et sedi
(Oct. 1). apostolicae pontifex intronizatur[l]. Qui statim maiores Romanorum elatiore animo, quam oporteret, insequitur, quos[m]
(Dec. 16). in brevi inimicissimos et infestos patitur. Nam ab urbis prefecto[2] et quodam Rotfredo[n.3] comprehenditur et urbe[o] expulsus in Campania custodiae mancipatur.

Hoc demum anno imperatore ab Italia redeunte, Heinrico archiepiscopo Treverensi Thiedericus eiusdem ecclesiae diaconus et Adalberoni Metensi episcopo[4] Thiedericus[p] consobrinus imperatoris[5] successores instituuntur.

(Mart. 5). Brun quoque[a] archiepiscopus, germanus imperatoris, vir
Oct. 11. ducatu pariter et episcopatu dignissimus, V.[q] Idus Octobris obiit[r]; cui[s] Folcmarus in episcopatu successit.

Eodem[c] anno[c] Gero marchionum nostri[t] temporis optimus
(Mai. 20). et precipuus obiit. Lotharius[u.6] rex domnam Hemmam[7] sibi coniugio copulavit.

a) multis *A* 3. b) elapsus *A* 3. c) *deest A* 3. d) collocutione *A* 3. e) slavis *A* 3. f) Ŏdo *A* 1; Udo *A* 3. g) stratburg. *A* 1. h) erkanb. *A* 1; erkenb. *A* 3. i) *verba* Udo—succ. *A* 3 *ad initium anni ponit.* k) episcopi *A* 1. l) inthron. *A* 1. m) quo *A* 1. n) retfrido *A* 3. o) ab urbe *A* 3. p) diedericus *A* 1; theodericus *A* 3. q) VIII. *A* 3. r) mortuus est *A* 3 *ex Ekkihardo.* s) cui—successit *A* 3 *ex Thietmaro mutavit, ita tamen, ut pro illius* uuolmero *exhibeat* folcmaro. t) sui *A* 3. u) hlothar. *A* 1.

1) *Liudprandus rerum scriptor, episcopus* 961—*c.* 971. 2) *Petro.* 3) *Comite Campaniae; Dümmler* 407. 4) *Mortuo a.* 962 *Apr.* 26. 5) *Mater eius Amalrada soror Mahthildae reginae fuerat; Dümmler* 374 *sq. Cf. supra p.* 172. 6) *Franciae* 954—986. 7) *Filiam Adelheidis imperatricis a priore coniuge Lothario rege genitam.*

966.

DCCCCLXVI. imperator Coloniae natale Domini celebravit cunctaque ibi Lothariensis[a] regni negotia, prout sibi[b] videbatur, disposuit. 965 Dec. 25.

Erchanbertus[c] Wizenburgensis[d] coenobii abbas obiit[1], et imperator electione monachorum Adalbertum Rugis ordinatum episcopum eidem monasterio prefecit. 966 (Febr. 9).

Starkandus Rubilocensis[2] ecclesiae episcopus obiit; cui Reginoldus[e] successit in episcopatu. (Febr. 11).

Udo comes coniurationem cum Adalberto Berengarii filio habens et in Italiam ad excaecandum Waldonem Cumanum episcopum ire disponens imperatoriae maiestatis reus esse convincitur et sacramento, ne aliquatenus ullas partes regni presumat ingredi, regno expellitur.

Wikerus[f] Treverensis coenobii abbas obiit; cui Asolfus in abbatia successit. (Mai. 8).

* p. 628.

Imperator iterum in Italiam ire disponens assumptionem sanctae Marie Wormatie celebravit ibique habito cum omnibus regni maioribus concilio inde per Alsatiam et Curiam Alpes transcendens Italiam intravit et Sigolfum[g] Placentinum episcopum quosdamque ex comitibus Italicis propter Adalbertum priori anno a se deficientes in transalpinas partes Franciae vel Saxonie custodiendos direxit. Tunc Romani imperatoris metuentes adventum Rotfredo iam mortuo a custodia, qua tenebatur, Iohannem apostolicum absolvunt[3] et veniam pro malis, quae ei ingesserant, poscentes in locum et sedem suam illum restituunt[4]. Aug. 15. (Nov.).

[Eodem[b] anno[b] comes[h] Eberhardus[5] obiit]. (Mai. 10).

Eodem anno Berengarius quondam Italiae rex exul moritur et in Babenberg[i] regio more sepelitur; cuius vidua Willa, antequam sepeliretur, velum sibi sanctimoniale assumpsit. (Aug. 6).

Udo comes sacramenti oblitus Franciam ingreditur, unde iterum absque omni utilitate revertitur.

967.

DCCCCLXVII. imperator Romae natale Domini celebravit et excepto prefecto urbis[6], qui aufugerat, XIII ex maioribus 966 Dec. 25.

a) hlothar. *A* 1. b) *deest A* 3. c) Ercanb. *A* 1; Erkanb. *A* 3. d) uuizib. *A* 1; uuiceburg. *A* 3. e) reginboldus *A* 3. f) Vuikkerus *A* 3. g) sigalfum *A* 3. h) Eberhardus comes obiit *A* 3 *paulo infra inter* assumpsit *et* Udo; *haec verba in codice autographo margini videntur ascripta fuisse.* i) bavenberch *A* 3.

1) *Febr.* 9; *Dümmler* 446 *n.* 3. 2) *I. e. Eichstadensis. P.* 3) *Iam antea aufugerat; Dümmler* 408 *(n.* 1*).* 4) *Conf. Dümmler* 411. 5) *Comes pagi Logenahe inferioris (Niederlahngau); Stein, 'Gesch. d. Königs Konrad'* 327, *Dümmler* 409 *n.* 3. 6) *Petro, qui postea in fuga comprehensus papae puniendus traditus est; Dümmler* 412.

Romanorum, qui auctores expulsionis domni Iohannis papae
967. videbantur, suspendio interire iussit. Inde progrediens per
Mart. 31. Spoletum Ravennam adiit ibique pascha celebrans cum domno
Iohanne papa plurimos ibi ex Italia et Romania episcopos
(Apr.). coadunavit et habita sinodo multa ad utilitatem sanctae ecclesiae adinvenit et apostolico Iohanni urbem et terram Ravennatium aliaque complura multis retro temporibus Romanis pontificibus ablata reddidit eumque inde *Romam * p. 629.
cum magna laeticia remisit; ipse vero in partes Tusciae et Lucaniae[a] secessit.

Interim papa Iohannes et Otto[b] imperator regi Ottoni litteras invitatorias miserunt et, ut cum ipsis ad[c] natale Domini Romae celebrandum festinaret, iusserunt. Tunc rex pro disponendis regni negotiis ante suum in Italiam iter Wormaciam venit ibique in primo suo placito Deo propitio plurima futurae prudentiae simul et clementiae suae indicia
Iun. 24. premonstravit. Sicque nativitate[d] Precursoris et apostolorum
Iun. 29. festivitate[d] Franconofurd[e] celebrata[d] iter suum acceleraturus in Saxoniam remeavit.

(Mai. 18). Ea tempestate Asulfus Treverensis abbas presenti vitae subtrahitur; cui Thietfridus[f] successor eligitur. Tunc etiam domnus archiepiscopus Willihelmus[g] aliquantula infirmitate detentus in brevi Deo miserante convaluit[1].

Domno imperatore in Italia commorante legati Nicho-
(Apr.). phori[h] Grecorum imperatoris Ravennae ad eum venerunt, honorifica secum munera ferentes et pacem ab eo vel amiciciam poscentes; quibus[i] honorabiliter susceptis decenterque remissis domnus imperator nuntium suum eidem Grecorum imperatori pro coniungenda in matrimonium suo[k] filio regi Ottoni privigna ipsius Nichofori, filia scilicet Romani imperatoris[2], Constantinopolim[l] dirigit. Qui iterum eodem anno ante natale Domini ad imperatorem revertitur.

Sept. Eodem anno intrante Septembre mense Otto rex Romam iturus decenti se comitatu egressus memoriam sancti Micha-
Sept. 29. helis in Augusta civitate celebravit[m], indeque[3] progressus per Trientinam vallem Verone patri suo occurrit. Celebrata

a) et lucanię *adrasum A* 1. b) *deest A* 1. c) natale dñi celebraturus romam veniret *A* 3. d) nativitatem . . . festivitatem . . . celebravit; postea *A* 3. e) franconevord *A* 3. f) thiefridus *A* 1. g) uuillehelmus *A* 3. h) nicophori *A* 3. i) quibus—in matrimonium *desunt A* 3. k) Qui filio suo uxorem privignam ips. nicophori, rom. scil. imp. fil., . . . desponsare desiderans *A* 3. l) const.—revertitur *desunt A* 3. m) *hic desinit cod. A* 1 *mutilus.*

1) *Paulo post tamen mortuus est a.* 968 *Mart.* 2. 2) *II., de qua cf. Ioh. Moltmann, 'Theophano' (Dissert. Gotting. a.* 1878*).* 3) *Ea, quae sequuntur, quamquam apud unum Annalistam Saxonem leguntur, tamen genuinam huius operis partem esse nemo iam negat; cf. Leibniz, 'Ann. imp.' III,* 198, *Waitz, 'Nachrichten d. Göttinger Gesellsch.'* 1871, *p.* 370 *sq., Dümmler* 423 *n.* 3, *Werra* 55 *n.*

vero ibi sanctorum omnium festivitate per Mantuam indeque navigio Ravennam digressi actis ibi aliquot diebus Romam tendentes XII. Kal. Ianuarii pervenerunt et tercio ab urbe miliario maximam senatorum multitudinem cum crucibus et signis et laudibus obviam habuerunt. Domnus autem papa in gradibus beati Petri residens eos honorifice suscepit et sequenti die Ottonem regem acclamatione tocius Romane plebis ante confessionem beati Petri cesarem et augustum ordinavit[1]; factaque est non modica nostratium et Romanorum leticia de iocundissima duorum augustorum cum domno papa conventione.

Nov. 1. Dec. 21. (Dec. 24). (Dec. 25).

* *p.* 629.

1) *Dec.* 25; *Dümmler* 429.

CORRIGENDA.

Pag. 28 *in margine* 641—643] *lege* 641.
p. 98 *n.* 3 *l.* 858—875.
p. 99 *l.* 8 Magontiacae] *l.* Mogontiacae.
ib. n. h) *adde* magontiacae *A* 1, *dele* mogontiacae *B* 1. 3.
p. 120 *n.* x) hominum] *l.* bominum.
p. 138 *l.* 8 Magontiacensi] *l.* Mogontiacensi.
ib. n. k) *adde* magontiacensi *A* 1. *B* 3.
p. 159 *n.* 7 Trevirensis] *l.* Mogontiensis.
p. 166 *l.* 7–8 Veronensis[1] et Aquileiensis] *l.* Veronensis et Aquileiensis[1].
p. 173 *l. ultima in margine addendum* Apr. 3.
p. 174 *l.* 1 *in margine* Apr. 3 *delendum.*

APPENDIX.[1]

(882). Cum essemus iuxta fluvium Aisna in villa Ritest[2] VIII.
Ian. 25. Kal. Febr. in vigilia sancti Praeiecti marthyris, post horam diei nonam subito mirae magnitudinis et splendoris sidus emicuit[3]. Quod denique stellae modulum supereminens excessit et solis mensuram non conplevit. Unde nobis illud cernentibus visum est interdum flammantibus radiis ultra modum excrescere, interdum nimio pallore deficere. Sicque variando incredibili velocitate ad occasum tetendit ac novissime, priusquam se inter montium ingereret abdita obstaculumque sui occasus nostris obtutibus auferret, penitus evanuit. Nec etenim ab re hoc stellae signum huiuscemodi ostensum conici potest: cum potestas quorundam tunc fulgida dominabatur, peccatis autem promerentibus prepeti fine deficiens ita evanuit, ut nec quidem digne memoriae retineatur.

ALIDER[a].

(880). Cum se Ludowicus prosperari estimaret in regno occidentali, quod tunc inordinate occupaverat[4], in qua eius invasione sacrilegia, homicidia, stupra, incendia caeteraque inaudita scelera perpetrata fuerant, et his vanissimis prosperitatibus animo extolleretur, industria principum, qui regnum illud tunc gubernabant, extra fines eorum reductus est, atque in eadem reversione, ammissa spe invasi regni, obvios habuit Nortmannos, cum quibus bello commisso carum perdidit filium[5] tantaque afflictione in redeundo attritus est, ut ipse et sui vix ad propria remearent; ac deinde in regno suo obstacula grassabantur multiplicia, atque inenarrabilibus calamitatibus undique vallatus Nortmannorumque
(882). infestatione inquietatus febre arripitur[b], ultimum emittens spiritum.

a) *ita codex.* b) arrepitur *corr.* arripitur, et *ante* ultimum *erasum.*

1) *Ex codice Monacensi* 3851 *inter Augustanos* 151 (4°) *manu saec. IX. f.* 74', *de quo cf. Müllenhoff et Scherer, 'Denkmäler deutscher Poesie u. Prosa aus d. VIII.—XII. Jahrh.' p.* 314; *antehac ed. Pertz, SS. III, p.* 569 *n.* 2 *ad Richeri historiarum l. I c.* 4. 2) *Locus ignotus, certe non Rhetel, de quo Pertz cogitavit.* 3) *Cf. Annal. Fuldens. a.* 882 *(SS. I,* 395*).* 4) *V. Reginonis chronicon a.* 879. 5) *Hugonem.*

INDEX NOMINUM.[1]

*Abotridi 158.
Absternacum *(Echternach)* monasterium sancti Willibrordi 102.
Adalardus Veronae episcopus (905) 150.
Adalardus comes *Mettensis* (882) 119; *filii* Gerardus, Mahtfridus, Richarius.
Adalardus Heinrici ducis filius († 902) 145. 148; *fratres* Adalbertus, Heinricus.
Adalbero, Adhalbero episcopus de Augusta civitate (887—910) 1. 128.
*Adalbero episcopus Mettensis (929—962) 158. 161. 167. 172. 176.
Adalbertus, [Albertus] Heinrici ducis filius († 906) 145. 149. 151. 152. [153]; *fratres* Adalardus, Heinricus.
*Adalbertus comes *Mettensis*, filius Mahtfridi († 944) 163.
*Adalbertus Berengarii *II.* filius 166. 171—173. 175—177; *frater* Wido.
*Adalbertus Rugis ordinatus episcopus (961—962), Wizenburgensis coenobii abbas (966—968) 170. 172. 177.
*Adaldagus archiepiscopus *Bremensis* (936—988) 159. 170. 173. 175.
Adalgisus dux Beneventanus (871) 102—105; filia *(Ageltruda)*.
Adalheidis regina, *uxor Ludowici Balbi* 114. 141; *filius* Carolus.
*Adalheida, Adalheidis regina, imperatrix, *uxor Ottonis I.* 164—166. 175; *mariti* Lotharius, Otto *I.*, *liberi* Hemma, Otto *II.*
Adalhelmus comes *Laudunensis* 139; *frater* Rotbertus, *filius* Waltgarius.
Adalongus comes († 895) 143.
Adrianus *II.* papa (867—872) 94—97. 102.
Adventius episcopus *Mettensis* (858—875) 98.
Africa 93.
(Ageltruda) mater Lanberti *II.* 144; *coniux* Wido.
*Agricius confessor et episcopus *Treverensis* 15.
Agrippina, Agrippinensis *v.* Colonia.
Aisna *(Aisne)* flumen 180; *v.* Axanus.
Alamanni 119. *156. 165. 166. 175; Alamannia [64.] 111. 112. 117. 125. 127. 128. 152. *154. 155. 158. 159. 164. 167. 175; *duces* Burchardus *I.*, Herimannus, Liudolfus, Burchardus *II.*
Alanus dux Brittonum († 907) 110. 135; *frater* Pasquitanus.
*Albanus sanctus *Mogontiensis* 169. 170.
Albericus, Albricus comes († 896) 121. 140. 144.
*Albericus 171; *filius* Iohannes *XII.*
[Albia *(Elbe)* 64].
Albuinus (864) 101; *fratres* Betto, Bivinus.
*Alewicus Augiensis coenobii abbas (934—958) 169.
Alpes 113. *158. 176. 177; Alpes Penninae 91. 130. 142.
*Alpinus Catalaunensis *episcopus* 18.
*Alsatia *(Elsass)* 155. 157. 158. 160. 166. 177; *cf.* Elisatium.
Altfridus episcopus de Saxonia *(Hildeshemensis* 847—874*)* 100.

[1] *Et in hoc indice et in glossario ea, quae continuatoris propria sunt, stellulis (*), ea, quae in additamentis librariorum inveniuntur, uncis quadratis signavi, ea, quae auctores ex fontibus suis ad verbum mutuati sunt, omnino neglexi; numeris paginae huius editionis significantur.*

Ambrosius comes *Pergamenus* (†894) 142.
Andegavis *(Angers)* civitas 106; Andegavensis urbs 76. 80. 105, provintia 92; *episcopus* Maurilio, *comites* Rodbertus, Hugo *abba.*
(Andlau) monasterium 127.
Andreae sancti festivitas *(Nov.* 30*)* 144.
Andrenacum *(Andernach)* castellum 112. 123; *Anternacum 161.
*Angelfredus Aquileiensis patriarcha (*c.* 944—963) 173.
*Angli 158.
*Anno episcopus Wormaciensis (950—978) 164.
Ansbaldus abba Prumiensis coenobii (860—886) 78. 125.
Ansgard *uxor Ludowici Balbi* 114; *filii* Ludowicus, Carlomannus.
*Anternacum *v.* Andrenacum.
[Anthipater dux Venetiae (775) 50].
Antoninus Pius *imperator* (138—161) 8. 10.
Antoninus Marcus Verus *(Marcus Aurelius Antoninus) imperator* (161—180) 8. 10.
Antoninus Commodus *imperator* (180—193) 8.
Aquis *(Aachen)* palatium [64.] 72. 73. 81. 83. 98. 100. 111. 118. 136. 146. *171; Aquisgrani 98; *Aquensis capella 161.
*Aquileiensis marca 166, patriarcha (Angelfredus) 173.
Aquitani 76; Aquitania 76. 77. 90. 92. 140. 141. 143; *reges* Pippinus *I.*, Pippinus *II.*, *dux* Ramnulfus.
Arduenna 118. 138.
[Ariopagita 6.]
Arn episcopus Wirziburgensis ecclesiae (855—892) 140.
*Arnestat *(Arnstadt)* 168.
*Arnoldus *filius Arnolfi ducis* († 954) 167; *soror* Iuditha, *frater* Eberhardus.
Arnolfus, Arnulfus Metensis ecclesiae episcopus (612—641) [54.] 74. 116.
Arnolfus, Arnulfus rex (887—899), imperator (896—899) 116. 117. 127—130. 134. 136—138. 140—148; *filii* Zuendibolch, Ludowicus *III.* rex.
Arnulfus comes († 891) 137.
*Arnolfus dux Bawariorum (907—937) 154. 155. 159. 160; *liberi* Arnoldus, Eberhardus, Iuditha.
[Arnval discipulus Kiliani 32].
Arsenius episcopus *Ortensis*, apocrisiarius et consiliarius Nicholai papae (865) 84. 85.
*Artaldus archiepiscopus Remensis (948) 164.
*Asolfus, Asulfus Treverensis abbas (966—967) 177. 178.
Atrabatis *(Arras)* castrum 115. 149.
Augea *(Reichenau)* monasterium 128. 138; *Augia [61.] 157; Augiense coenobium 169; *abbates* Hatto, Alewicus, Ekkihardus.
Augusta *(Augsburg)* civitas 85. 128. *178; *Augustana urbs 166; *episcopi* Witgarius, Adalbero.
*Augustinus beatus 15.
Aurelianis *(Orléans)* 126; Aurelianensis urbs 131; *episcopus* Waltarius.
Aurelianus *imperator* (270—275) 12.
Aurelianus metropolita *Lugdunensis* (*c.* 875—895) 114.
Aurelius *v.* Lucius.
Austrasii 115.
Autisiodorum *(Auxerre)* 126.
Avares 132.
Axanus *(Aisne)* flumen 141.
*Azo scriniarius (960. 964), protoscriniarius (965) 170. 174. 176.

Babenberh *(Bamberg)* castrum 149. 151; *Babenberg 177.
*Badalikki *(Belecke)* castellum 160.
Baioaria *(Baiern)* 112. 116. 117. 119. 128. 137. 138. 141. 150; *Bawaria 154. 160. 165—168. 171; Baioarii 98. 119; [Baiovarii 163;] *Bawarii 154—156. 159. 166. 167; *Bawariensis dux 163; *duces* Liutbaldus, Arnolfus, Bertaldus, Heinricus *I.*, Heinricus *II.*
Balduinus *I. comes Flandriae* (†879) 73; *filii* Balduinus *II.*, Rodulfus.
Balduinus *II. comes Flandriae* (879—918) 73. 149; *frater* Rodulfus.
Balduinus satelles Balduini *II. comitis* 73.
Baltramnus presul Strazburgensis ecclesiae (888—906) 152.
Barnabas 4.
Batua *(Batavorum insula)* provincia 124.
Behemensium regna 112, ducatus 134; Behemi 134; *Boemi 158. 164; *dux* Bolizlao.
Belthomus *(Beltem)* villa 143.

Benedictus sanctus 42.
*Benedictus *(V.)* Romanae sedis invasor (964) 174. 175.
*Benedictus, Benno episcopus *Mettensis* (927—928) 158.
Beneventum 93. 102—104; Beneventanae partes 83; Beneventanus dux (Adalgisus) 102.
Berahtold *v.* Bert-.
Berengarius *I.* rex *Italiae* (888—924) 129. 146. 150; *nepos* Berengarius *II.*
*Berengarius *II. rex Italiae* (950—961, † 966) 164—166. 169—173. 175. 177; *uxor* Willa, *liberi* Adalbertus, Wido, duae filiae.
Bernardus rex Italiae (811—817) 73; *filius* Pippinus.
Bernardus *nepos Bernardi* 73; *fratres* Pippinus, Heribertus.
*Beranhardus comes (913) 155.
Bernarius nobilis vir († *c.* 883) 121; *uxor* Friderada.
*Berta mater Adalheidis reginae (953) 166.
*Berahtold comes *Alamanniae* († 917) 155.
*Bertaldus dux Bawariensis (938—947) 163.
Bertulfus ecclesiae Trevirorum episcopus (870—883) 98. 119.
Bethleem 62.
Betto 101; *fratres* Albuinus, Bivinus.
*Biertana *(Birten)* 160.
[Bituricas *(Bourges)* 32;] Bituriacensis episcopus (Sulpicius) 33.
Bivinus 101; *fratres* Albuinus, Betto.
*Blasii sancti abbatia *(St. Blasien)* 172.
Blavitta *(Blavet)* fluvius 135.
Blesiacus pagus *(Bliesgau)* 151; *Blesensis pagus 168.
[Bochonia solitudo 41.]
*Boemi *v.* Behemi.
Boetius 20.
[Boldonstat (= Holdunsteti) 64].
*Bolizlao Boemorum princeps (936—967) 164.
[Bonifacius sanctus archiepiscopus 41;] *Bonifacii sancti monasterium (Fuldense) [41.] 159.
Boppo *v.* Poppo.
Boso comes (865) 84. 85; *uxor* Engiltruda.
Boso *rex Burgundiae* (879—887) 113—115. 142. 144. 150; *soror* Richildis, *coniux* Hirmingardis, *filius* Ludowicus *III. imperator.*
Brenno *(Brennus)* dux Gallorum Senonum 144.
*Brisaca *(Alt-Breisach)* castellum 160. 167; Brisacenses castellani 167.
Brittannia *(Bretagne)* 35. 79. 80. 106. 110. 135. 136; Brittannicus oceanus 75, Brittannicum mare 76; Brittones [61.] 74. 78—80. 91. 106—108. 133. 135; *duces* Murmanus, Numenoius, Herispoius, Salomon, Pasquitanus, Vurfandus, Vidicheil, Alanus.
